



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



4586

Johnson's
3-6

coll. & perf.

4°

L. 26. Art.

B. S.

M. ABRAH. KALLII
REG. ACAD. HAFNIENS. BIBLIOTHECARI
SPECIMEN
NOVAE EDITIONIS
SENTENTIARVM
THEOGNIDIS MEGARENSIS
POETAE ANTIQVISSIMI.



GOTTINGAE ET GOTHAE,
APVD IO. CHR. DIETERICH.
1766.

THE NATIONAL ANTHROPOLOGICAL ARCHIVES

SMITHSONIAN INSTITUTION WASHINGTON, D. C.

STIMMINS

1880

1880

STIMMINS

1880



COTTINGALE ET COLLAGE

100 CHURCH STREET

1880



Cum pluribus abhinc annis Theognideas sententias primum perlegerem, maximo antiquissimi huius & ἡθικωτάτης poetae amore captus fui, tum ob materiae, quam tractat, dignitatem, tum ob sententiarum grauitatem. Legendo & saepius relegendo sententiarum illius syllogen prorsus mihi cognitam reddidi, atque hinc, si quae inter aliorum scriptorum lectionem occurrebant, quae huic poetae illustrando inseruire poterant, facilius ea animaduerti, animaduersaque chartis sedulo mandauit. Schedulis deinde perlustratis, cum in iis varia inuenirem, quibus poetae lectionem adiuuari posse credebam, de tentanda noua huius poetae editione consilium agitare coepi. Theognideas sententias hunc in finem curatius euoluens, ad profodiae regulas singulos versus examinaui, locaque assiduo notauit, quae vel aperte corrupta, vel suspecta mihi videbantur. Multis adhuc mendis, etiam post egregias Vineti, Camerarii, Seberi aliorumque emendationes, laborat Theognis, manu exaratorum codicum auxilio optime forsan emaculandus, sed cum eiusmodi subsidiis uti nondum licuerit, aliam medicinam locis male sanis para-

re studui. Plurima ex Theognide citata cum in aliis veteris Graeciae scriptorum libris superesse viderem, diligenter ea excerpti, atque tanta hoc in labore usus sum felicitate, ut Theognideos plus trecentos versus inuenerim, quibus, tanquam totidem gemmis, scripta sua ornare voluerunt antiquissimi auctores. Harum allegationum ope quamuis haud paucae scribarum maculae feliciter abstergi possunt, non omnem tamen, quae sperari potuit, exinde percipere licuit utilitatem; Saepius enim ab hodierna textus Theognidei lectione nimis adeo recedunt, quae ab aliis scriptoribus excitantur, loca, ut soli lectionis varietati vix tantus eorum dissensus tribui possit (*): Imo si forte vnum idemque poetae dictum a pluribus simul excitetur, diuersis tamen plerumque modis eandem sententiam singuli proferunt. Atque hanc ob causam de vera loci cuiusdam lectione, (saepius etiam de locis haud ita pridem suspectis,) instituta collatione incertior multo, quam antea sum factus. MSS. codicum opem tanto ardentius desideravi, Theognidisque editionem per aliquod tempus differre decreui. Frustrulum futurae aliquando huius poetae editionis iam exhibeo, hancque opellam, ut omnibus & singulis eruditionis amatoribus, sic iis praesertim commendatos exopto, qui in bibliothecis vel priuatis, vel, suae curae commissis, publicis scripta asseruant Theognidis exempla. Vos igitur, Viri optimi, conatibus nostris fauete, & quo consilio in noua hac editione concinnanda utamur, paucis accipite.

Historicam praemitemus de Theognide, eiusque aetate scriptisque variis dissertationem; Cum autem pauca de poetae nostri vita apud probatae antiquitatis scriptores memorata

(*) Dissidii huius causam praecipuam esse credo, quod, cum in scholis iuniorum memoriae mandari solerent Theognidis aliorumque gnomica praecepta, haec deinde memoriter, nec inspectis libris, citarunt, scriptisque suis interferuerunt.



rata reperiantur, fabulas quoque, quas de Theognide temere confixerunt recentiores quidam, refutare conabimur. Megara Attica, non Sicula, nostri patriam fuisse demonstrabimus, Harpocratonemque turpiter falli, qui Platonem alteri sententiae fauisse credidit. Contextus inprimis historiam componere, plenamque codicum tam manuscriptorum quam impressorum, notitiam dare conabimur. *Ὀμωνυμῶν* etiam viros foeminasque illustres recensebimus circiter triginta. Dissertationem sequentur, quae praecipuis huius poetae editionibus praemittuntur, praefationes. Graecum Theognidis textum ad ~~Wittebergensem~~ ^{Wittebergensem} anni 1620 editionem excudj curabo, variantisque scripturae notationem e caeteris editionibus studiose instituam. Textui in hoc specimine apposita est latina versio, ex eadem Seberi editione hausta paucisque tantum in locis emendata, sed nouam prorsus melioremque futurae editioni adiungemus interpretationem. Subiicientur graeca Ioach. Camerarii scholia; Wolfg. Seberi & Ioach. Weitzii notas integras exhibebimus, quod tanto maiori cum eruditorum assensu factum iri credimus, cum in rarissima & caeteris omnibus longe meliori edit. ^{Lepf.} ~~Witteb.~~ a. 1620 vnice exhibeantur. Sylburgii & Commelini notulas omnes quoque dabimus, sed e Vineri & Neandri commentariis tantum praecipua seligemus. Iusti & Fischeri annotatis, cum ceteros tantum compilauerint, bonae frugis pauca adtulerint, parcius vtemur. Nostras denique addemus notas, quibus ea quoque interferentur, quae a BARTHIO in *aduersariis*, WOPKENSIO in *lectionibus Tullianis*, PIERSONIO in *verisimilibus*, multisque aliis ad poetam nostrum annotata inueniuntur. Fragmenta Theognidea, nondum edita, tria exhibebimus, ex Clem. Alex. Stromatibus, Stobaei florilegio, libroque de interpretatione, qui Demetrio Phalereo adscribitur, desumpta. Agmen claudat vocum Theognidearum copiosissimus index.

Vt melius perspiciatur, quibus subsidiis instructi ad nouam editionem adornandam accessimus, catalogum subiicere lubet editionum Theognidearum, ordine chronologico digestum. Quas frustra desideratas ex aliorum fide hic recensemus editiones, asterisci signo distinguimus. Quae sub numeris 1. 3. 7. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 21. 22. 31. 32. 39. 42. 47. 50. 52. 53. 56. 59. 65. 70. 71. 72. 74. 76. 80. 83, a. 83, b. afferuntur, Fabricio quoque cognitae fuere.

- 1) Theocriti eclogae triginta. Genus Theocriti & de inuentione bucolicorum. Catonis Romani sententiae paraeneticae distichi. Sententiae septem sapientum. De Inuidia. Theognidis Megarensis Siculi sententiae elegiacae. Sententiae monostichi per capita ex variis poetis. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sibyllae Erythraeae de Christo Iesu domino nostro. Differentia vocis. Hesiodi theogonia. Eiusdem scutum Herculis. Eiusdem georgicon libri duo. *Incalce*: Impresum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manucii Romani cum gracia &c. M. CCCC. XCV. Mense februario. fol.

Principem & rarissime obuiam editionem prolixè descripserunt I. A. Fabricius bibl. graec. l. I. c. VIII. §. 19. Vol. I. p. 382, & l. VI. c. X. §. 19. Vol. XIII. p. 606. 607, Guil. Franc. de Bure bibliogr. instructive, Bell. Lettr. T. I. p. 194-196. Mich. Maittaire in annal. Typogr. Tom. I. p. 243. 244. edit. prior. (p. 80. 81. edit. poster.) & I. I. Reiske V. C. in praefatione, priori editionis Theocriteae volumini praemissa. Maittaire & Clar. Reiskius diuersa & a se inuicem discrepantia exstare huius editionis exempla obseruant. Nostrum exemplum cum iis conuenire credimus, quae post vers. 13. Idyllii Theocritei, quod Megara inscribitur, finales statim subiungunt alterius idyllii versus: *Τω μελιτος τω τω κ. τ. α.* Fuit olim in bibliotheca Petr. Francii Eloqu. & Hist. Prof. Amstel. huius editionis exemplum, de quo in catal. bibl. Amst. 1705. excuso p. 133.



sequentia adduntur: *Quae in margine comparant, descripsit P. Franciscus e codice H. Stephani, prout ille adnotauerat ad oram libri: alias praeterea emendationes adscripsit docta manus.*

- *2) Gnomologia; Theogn. Pythagor. Phocylid. &c. Graece, recognitore (Hier.) Aleandro: Parisiis apud Matth. Bolsecum, Diui Iuonis, Brittonum tutelaris numinis, signum in vico scholarum decretorum proferentem, Bibliopolam Parisiensem, millesimo quingentesimo duodecimo, vndecimo Calend. Ianuarias. *quart.*

Vid. Maittairii anal. Typogr. in indic. tom. I. p. 442. Mazzuchelli gli scrittori d'Italia, Tom. I. p. 422, & Gian-Giuf. Liruti notizie de' letterati del Friuli, Tom. I. p. 468. itemque p. 499, vbi hanc editionem, nobis frustra quaesitam, ita describit Lirutus: *Questo libro e tutto Greco: Opera di Teognide collazionata e corretta sopra i migliori esemplari dall' Aleandro.*

- 3) Scriptores aliquot Gnomici Graece: (scil. Aesopi vita & fabulae, Gabriae fabellae, Agapetus de officio regis, sententiae quaedam philosophicae, Hesiodi opera, Theognidis sententiae, Pythagorae & Phocylidis carmina, Poetarum senarii. *In calce:* Ετυπώθη ἐν διασημοτάτῃ τῶν βασιλικῶν Βασιλείᾳ, παρὰ Ἰωάννη τῷ Φρωβενίῳ μηνὶ Φαργηλιῶνι ἔτει δὲ ἀπὸ τῆς Χριστῆ γεννήσεως χιλιοσῶ, πεντακοσσιοσῶ, εἰκοσῶ πρώτῳ. *octau.*

Titulum libri, cum in nostro exemplo desit, accuratius exprimere haud potui.

- *4) Theognidis sententiae elegiacae, Graece. Paris. ap. Io. Lodoicum Tiletanum 1537. *quart.*

Ad Theognidis calcem aureos Pythagorae versus graece excudit Lodoicus. Plura de hac editione suppeditabit Maittairius l. c. Tom. III. p. 273.

- 5) Hesiodi opera & dies, & theogonia, & clypeus. Theognidis sententiae. Sibyllae carmina de Christo, quorum mentionem facit Eusebius & Augustinus. Musaei opusculum de

de Herone & Leandro. Orphei argonautica, hymni, & de lapidibus. Phocylidis paraenesis. Anno Dni 1540. *In calce* Impressum Florentiae per Bened. Iunctam 1540, mense Februario. *octav.*

+ *6) Hesiodi opera & dies, theogonia & clypeus, Theognidis sententiae; Sibyllae carmina de Christo. Musaei opusculum de Herone & Leandro, Orphei argonautica, hymni & de lapidibus, Phocylidis paraenesis: omnia graece. Venetiis ex offic. Farrea 1543. *octav.*

Vid. Catal. bibl. Regiae Paris. *Belles lettres*, Y. 256. p. 257.

+ 7) Theognidis Megarensis sententiae elegiacae, plurimis locis castigatae, ac scholiis illustratae per Eliam Vinetum, Santonem Accessit latina e Graecorum regione ad verbum interpretatio in eorum gratiam, qui vix ultra graecae linguae rudimenta progressi sunt. Parisiis excudebat Io. Lodoicus Tiletanus, 1543. *octav.*

De difficultate operis a se suscepti, in praefatione valde queritur Vinetus. *Verum, inquit, vix dum e portu solueram, cum tot mihi subito emergunt scopuli tot statim obortae nubes, coelumque diemque eripiunt oculis, ut a proposito facile his deterritus fuisset, nisi cupido huius consiciendi aequoris me plane obstinata iam inde cepisset, ex quo primum a praeceptoribus meis Aristotelis aliorumque veterum scripta praelegi mihi coepta fuerant, quae huius poetae sententiis veluti suavissimis flosculis inspersa essent. Cum igitur pergere obfirmato prorsus animo certum esset, quae ad tam difficilem periculofamque rem consiciendam conducere visa sunt, ea diligenter omnia adhibui, cuiusmodi sunt cum variorum codicum locorumque ex eodem auctore ab aliis scriptoribus citatorum diligens collatio: tum sincerum & acre amicorum meorum, virorum doctorum una cum meo iudicium: inter quos Petr. Panaetius & Iac. Gupylus, facile principes. qua quidem diligentia abscessis adiectis (in Hertel. editt. legitur: abiectis) transpositis multis, effectum tandem est, ut instituto satisfecerim meo, perlegerim donum poetam,*

eorum.

eorumque, quae in eo corrupta erant, bonum magnamque partem obiter castigauerim. - - - Quem autorem, (Theognidem intelligit,) utinam tam totum restituere omnino potuissem, quam cupiebam. Is enim tam deprauatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis denique quantilibet vigiliis id praestare potuerim, quae res in causa est, ut in latinum sermonem a me conuersum non habueris. Theognidem se latinitate donasse, claris hic verbis negat Vinetus, adest tamen in ipsa hac, Vineto curante promulgata, editione latina poetae versio? Vineto hanc tribuerunt Io. Crispinus, & Iac. Hertelius in praefatt. suis gnomi- cor. collect. praefixis, itemque Io. Alb. Fabricius l. c. Vol. I. p. 441; horum auctoritatem securi sub Vineti nomine hanc, frequen- ter recusam, & in Hertelianis editionibus semper repetitam, ver- sionem in sequenti specimine excitamus.

- *8) Theognidis sententiae elegiacae a Iac. Schegkio latino carmine expressae; accedunt eadem sententiae Graece cum latina interpretatione ad verbum, & scholiis Eliae Vineti. Basil. ap. Io. Oporinum 1543. *octav.*

Vid. catal. bibl. Regiae Paris. *Belles Lettr.* Y 281. p. 259.

- 9) Ητιοδα τα Ασκραια έργα ή ήμερα. Θεογνιδος τα Μεγαρεως Σικελιωτα γνωμαι ελεγειακα. Χρυστα επη τα Πυθαγορα. Φωκυλιδα ποιημα νεφε- τικον. Γνωμαι εκ διαφορων ποιητων φιλοσοφωντε και εητορων συλλε- γεται, κατα σοιχειον συντεταγμενα. (Francof.) Apud Petr. Brubachium, typographum, Anno Domini 1549. *duod.*

- *10) Theognidis sententiae elegiacae, olim quidem a doctis- simo philosopho D. Iac. Schegkio, Schorndorffense, latino carmine expressae, nuncque primum in lucem editae. Ad- iecimus easdem Graece, cum interpretatione latina ad ver- bum e regione posita, in eorum gratiam, qui vix ultra graecae linguae rudimenta sunt progressi: vna cum scho- liis, quibus & difficiliora aliquot explicantur loca, & de- prauata hactenus castigantur, Elia Vineto Santone auctore. Basileae per Io. Oporinum 1550. *octav.*

Guerferbyti in splendidissima Sereniss. Ducis bibliotheca huius editionis asseruatur exemplum, in quo tamen nulla scholiorum, quae titulus promittit, vestigia deprehendi.

11) Libellus scholasticus utilis & valde bonus, quo continentur, Theognidis praecepta, Pythagorae versus aurei, Phocylidis praecepta, Solonis, Tyrtaei, Simonidis & Callimachi quaedam carmina. Collecta & explicata a Ioachimo Camerario, Pabepergen. Accessit rerum & verborum memorabilium index. Basil. per eund. (1551). oct.

Quid hac sua editione praestiterit Camerarius, ipsum in dedic. libri enarrantem audite. *Cum multis annis, inquit, Theognidis lectio mihi cordi fuerit, quod hunc libellum in ludis litterariis proponi ad ediscendum pueris valde cuperem: tandem a me impetraui, ut illum a nobis explicatum emittere auderem. Quo autem libellus melior & ad institutionem puerilem accommodatior esset, suae orationem, seu sententias spectares, eo reperiēbam deprauatorem scripturam, non uno quidem aut altero, sed innumerabilibus in locis. Itaque olim Eobanus Hessus, cum vnus in litterarum studio coniunctissime & suauissime Norimbergae viueremus, impatiens considerationis perpetuae, quae incitationem diuinam animi & carminum cursus impediret, huius libelli conuersionem, ut luculente incoarat, ita cum detrimento studii litterarum maximo abiicit ac reliquit. Etiam ego, cui ille tribuebat primas partes scientiae graecae, debilitabam in eo animi contentionem, cum toties haesitans, tandem desperationem interpretandi hunc tam mendosum libellum, prae me ferrem manifestam. Postea tamen non destitimus & ipsi assidue legendo quaedam corrigere, & aliorum coniecturas sciscitari, & auxilio amicorum in exemplis veteribus perquirendis uti. Atque nuper quinque conferre nobis concessum fuit, cum quidem eruditiss. & humaniss. iuuenis Sigemundus Gelous Panyonius incredibili diligentia, ut tria Venetiis exempla nancisceretur, effecerit, quorum scripturas, a vulgata discrepantes, studiose & fideliter annotatas mihi transmisit. Et si autem neuitquam integritati suae restituebatur hac etiam quasi aduocatione libellus iste: tamen quod tam certum & indubitatum mihi esset nihil melius neque accuratius fieri, eruiue posse, ita ad editionem*



nem banc accessimus. Per plurima poetae loca feliciter emendavit Camerarius, sed in MSS. codicibus allegandis magna fuit, quod seculi tamen istius mori tribuas, summi viri oscitantia. Plerisque in locis, an codicum auctoritati, an ipsius viri ingenio nova, quam in textu adhibuerit, lectio debeat, prorsus reticet, quod si aliquando in hypomnematis ad codices prouocauerit, an vnus alterue horum codicum, an omnes sint intelligendi, nunquam tamen declarat.

- *12) Γνωμολογία παλαιωτάτων ποιητών. Parisus, typis regiis, apud Adr. Turnebum, Regium (*in Graecis*) Typographum. 1553. Sententiosa poetarum vetustissimorum, quae supersunt, opera, Theognidis, Phocylidis, Pythagorici cuiusdam, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eueni, Rhiani, Eratosthenis, Panyasidis, Lini, Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis. Omnia versibus latinis reddita. Paris. ap. Guil. Morelium. (*Regium scil. in latinis Typographum*) 1553. *quart.*

Latina versio Schegkiana est, quae etsi proprio ornatur titulo, eo tamen consilio edita videtur, ut cum adducto graeco textu vnicam efficeret graeco-latinam gnomorum collectionem. Exempla huius editionis, notis MSS. virorum doctorum exornata, memorantur in catalogis biblioth. Reg. Paris. l. c. Y. 533. p. 274. & Bentesianae, Amstel. 1702. diuenditae, p. 39.

- *13) Libellus scholasticus Camerarii, iterum recusatus Basil. 1555. *oñ.*

Vid. Fabricii bibl. Graec. Vol. I. p. 441. Siracidis quoque sententiae, si fides catal. bibl. Lugd. Bat. haberi queat, hac in editione continentur.

- *14) Theognidis sententiae, cum Iac. Schegkii versione & scholiis Eliae Vineti. Basil. 1555. *oñ.*

Vid. catal. bibl. Chr. Gottl. Schwarzii T. I. n. 3133. Mart. Lipenii bibl. philol. voc. *Theognis* p. 1473.



- 15) Theognidis Megarensis, Poetae Siculi, gnomologia graecolatina, conuersa & exposita a Mich. Neandro Sorauienſe. Cum locuplete rerum & verborum indice. Baſileae ex offic. Io. Oporini 1559. mense Auguſto. quart.

Pars est Neandrei operis, quod inscribitur: *En, Lector, librum damus vere aureum, planeque scholasticum, quo continentur Pythagorae carm. aurea, Phocylidae poema admonitor, Theognidis gnomologia, Coluthi Helenae raptus, Thyphiodorus de Troiae excidio &c.* Nouam confecit Neander versionem, notas plerumque grammaticas textui subiecit, in annotationibus, quae post textum sunt repositae, magna habetur sententiarum similium & prouerbiorum, ex Erasmi chiliadibus selectorum copia, sed philologicae & criticae animaduersiones frustra hic quaeruntur.

- *16) Theognidis sententiae, cum versione Phil. Melanchthonis. Witteb. 1560. oct.

Ad hanc forte editionem pertinet explicatio sententiarum, quam eodem hoc anno, proprio tamen ornatum titulo, prodisse audio. Titulus libri, a nullo, quantum scio, Melanchthonis biographo memorati, talis est: *Explicatio sententiarum Theognidis in scola Wittebergenſi, auctore reuerendo & clarissimo viro Philippo Melanchthone, Anno 1551. d. 27. Maii, collecta a Io. Maiore Doctore, & in publicum commodum aedita. Witteb. excud. Laur. Schuenck. 1560. oct.*

- *17) — sententiae elegiacae cum interpretatione & scholiis Eliae Vineti. Accesserunt & horum poetarum opera sententiosa: Phocylidis, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eueni, Rhiani, Eratosthenis, Panyasidis, Lini, Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis. Senariorum libellus. Omnia in vsum scholarum collecta & ad verbum conuersa per Jac. Hertelium, Curienſem. Adiecta quoque est omnium versio latino carmine a diuersis expressa. Basil. ap. Io. Oporinum, 1561. oct.



Prima est collectionis gnomiorum Herteliana editio. Instituti rationem, in dedic. ad Senat. Salveldens. ita describit. *Theognide γνωμικωτάτω, cum versione & doctissimis Eliae Vineti annotationibus, ex arbitrio Dom. Typographi, praemisso, reliquorum Poetarum omnium scripta ex diuersis hinc inde autoribus congestimus, congesta fideliter interpretati sumus, & ad puerorum captum quam proxime accommodauimus. - - - Versionem latino carmine, sui cuique interpretis nomine praefixo, ne alienis nos ornare plumis videremur, subiecimus. (Theognidis, quam subiecit, ligata versio Iacob. Schegkium auctorem agnoscit.) - - - Nondum carmine reddita pro nostra tenuitate pedibus adstrinximus, ita ut quam proxime graeca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis varietas margini est adpersa.*

18) Theognidis sententiae, graece & latine, vna cum eiusdem argumenti reliquiis, Phocylidis &c. (vid. titul. praeced.). Omnia in vsum scholarum collecta & ad verbum conuersa per Eliam Vinetum & Iac. Hertelium Curien. Variscum: Carmine vero latino partim a Hieron. Ofio Turingo, partim ab aliis expressa. Accessit in studiosorum gratiam, Homeri Batrachomyomachia, item latino carmine a Hier. Ofio reddita. Basileae. *In calce*: Francofurti, ex offic. Ludou. Lucii, Anno salut. hum. M.D. LXIII. Mense Septembri. oët.

Collectionis Herteliana haec est secunda, aut si forte Basileensis ea fuerit, ad secundam expressa, editio (*). Praeter profaicam Vineti versionem poeticam Schegkii hic habes, eamque excipit p. 332. alia itidemque poetica Hier. Ofii. Versio batrachomyomachiae, quam titulus promittit, in libro nullibi apparet.

19)

(*) Priorem editionem Senatui Salveldensi inscripserat, sed, cum, inquit, *dedicatio parum feliciter cessisset, ita ut ex eorum animo auctor effluerit, quibus pro benevolentia dudum exhibita gratificari vicissim conabatur, hanc Iodoco Iungio, Brisacensi, suo discipulo, (Basileae enim erat scholae Petrinae moderator,) dicauit.*

19) Theognidis sententiae elegiacae. Pythagorae versus aurei, Phocylidae poema admonitorium. Digna omnia, quae ad vnguem ediscantur a studiosis adolescentibus. Düsseldorf. excud. Io. Oridyrus & Alb. Buysius affines. 1563. oct.
Graeca primum, deinde versio eorum latina seorsim. Theognidis versio Schegkiana est.

*20) Poetarum vetustissimorum opera sententiosa, Graece. Antverp. 1565. oct.

Vid. Draudii bibl. classic. p. 1590.

+ 21) Poetae graeci principes heroici carminis, et alii nonnulli, Homerus etc. Anno 1566. Excudebat Henr. Stephanus, illustris viri Hulder. Fuggeri typographus. fol.

Splendidissima est, et satis nota poetarum graecorum collectio Stephaniana. Margini passim adduntur variae lectiones, sed an MSS. codd. an editis aliis libris, an felicissimo, quo gaudebat, ingenio haec debeantur, vbique reticet.

+ 22) Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis aliorumque veterum poemata gnomica, latina versione et annotationibus illustrata. (Geneu.) apud Crispinum. (1569 et 1570). duod.

Collectionis poetarum Crispinianae tertiam partem efficiunt gnomici. Ad Hertelianam editionem, a qua tamen interdum recedit, expressus videtur Theognis. In oeconomica totius collectionis praefatione poetae nostri sententias, annotationibus selectis El. Veneti, Iac. Hertelii, Iac. Schegkii aliorumque lucubrationibus expositas se daturum esse promisit Crispinus; sed nulla sunt I. Hertelii et I. Schegkii in Theognidem annotationes, nec alia quam profaica Veneti versio hic apparet. In bibl. Regia Parisiensi exemplum huius collectionis servatur, cuius margini notas adscriptas Tanaqu. Faber.

23) — sententiae elegiacae etc. (plen. tit. vid. sub n. 17) In calce: Basileae ex offic. Oporiniana 1569. mense Ianuario. oct.

*24 — sententiae Graec. lat. Heidelb. 1569.

Vid.



- Vid. catal. bibl. Barberin. Tom. II. p. 454.
- 25) — sententiae elegiacae, etc. (vid. n. 17.) *In calce*: Basil. ex offic. Oporin. 1572. mense Ianuario. ocl.
- *26) — Graec. Lat. per Iac. Schegkium. Antverp. 1572. ocl.
Vid. catal. bibl. Barberin. T. II. p. 455. Mongitoris biblioth. Sicul. T. II. p. 250.
- 27) — sententiae etc. (vid. N. 17.) *In fine*: Lipsiae, Io. Rhamba excudebat, 1576. ocl.
- *28) — sententiae etc. (vid. N. 17.) Basil. 1576. ocl.
Vid. Lipenii bibl. philos. p. 1473.
- *29) — cum translatione metrica Ant. Mockeri. Erphord. 1576. ocl.
Vid. Lipenius l. c.
- *30) Collectio Herteliana recusa Lips. 1577, teste eodem l. cit. ocl.
- 31) Opus aureum et scholasticum, in quo continentur Pythagorae carmina aurea, Phocylidis, Theognidis et aliorum poemata. Edita omnia studio et cura Mich. Neandri, Sorauiensis. Lipsiae, imprim. Io. Steinmann, 1577. quart.
Prolixius hoc opus describunt Io. Fabricius hist. bibl. T. III. p. 507. et Gottl. Stollens Nachricht von den Büchern seiner Biblioth. p. 418. De raritate libri vid. Vogtium in catal. libr. rar. p. 486. et Stolle l. c. Quod Theognidem spectat, ab edit. anni 1559. ne latum vnguem discedit noua haec editio.
- *32) Theognidis sententiae, graec. lat. Antverp. 1577. — ocl.
Vid. Fabricii bibl. Graec. Vol. I. p. 441.
- *33) — sententiae, Pythagorae versus aurei, Phocylidae poema admonitorium. Antv. 1578. ocl.
Vid. Lipen. bibl. philos. l. cit.
- *34) — sententiae, graece, et earum versio. in carmina latina: auctore Iac. Schegkio. Paris. ap. Io. Benenatum 1579. quart.
Vid.

Vid. catal. bibl. Reg. Paris. l. c. Y. 28t. b. p. 259. Mattair. l. cit. T. III. p. 777.

35) — Megar. sententiae cum versione latina, ita ut verbum verbo conferri possit, addita earundem explicatione a Phil. Melanchthone in schola Vuittebergensi Lipsiae, imprim. Ge. Defnerus. 1581. *oct.*

Nouam sententiarum versionem confecisse Melanchthonem, Fabricius asserit bibl. graec. Vol. I. l. cit. Sed, quae in hac editione additur, latina versio ex edit. Vineti est repetita; Explicationis sententiarum, quam titulus promittit, quamque seorsim a. 1560. prodiisse, antea monuimus, nulla in huius editionis exemplo, Flensburgi viso, apparent vestigia.

*36) — Megarensis, poetae vetustiss. sententiae elegiacae. Pythagorae versus aurei. Phocylidae poema admonitorium. Digna omnia, quae ad vnguem ediscantur a studiosis adolescentibus. Antwerp. ex offic. Christoph. Plantini, 1582. *oct.*

Graeca primum, deinde versio eorum latina. Theognidis versio Schegkiana est. Guelferbyti asseruatur in bibliotheca Ducali.

*38) — sententiae, Graec. Lat. cum scholiis El. Vineti. Lips. 1583. *oct.*

Vid. catal. bibl. Bodley. p. 582. (edit. Oxon. 1738.)

39) Collectio poetarum minorum Crispiniana, recusa Ge-neu. ap. Eust. Vignon, 1584. *duod.*

Vid. Mattair. l. cit. T. III. p. 538. 541.

*40) — sententiae elegiacae etc. (vid. N. 17.) Lipsiae 1587. *oct.*

Vid. catal. bibl. I. A. Fabricii, suppl. I. n. 2530. Lipenium l. c. p. 1473.

*41) — sententiae, Graec. Lat. cum scholiis E. Vineti. Lipsiae, 1588. *oct.*

Catal. bibl. Barberin. T. II. p. 454. Mongitoris biblioth. Sicul. T. II. p. 250.

- 42) Pythagoras, Phocylides, Theognis. Carmine latino expressi, Petreio Tiara, Frisio, Medico, et graecarum litterarum, cum viueret, Professore, interprete. Nunc recens summo studio ac fide Graece et Latine coniuncti, breuibusque annotatiunculis illustrati, et in lucem editi ab Io. Arcerio Theodoreto, Frisio. Franekeræ excud. Aegid. I. Radaeus, ordinum Frisiae typographus in Acad. Franec. 1589. oct. minor.
- 43) Vetustissimorum poetarum opera sententiosa. Tremon. 1589. oct.
 Draudii biblioth. class. p. 159.
- 44) Epicae elegiacaeque minorum poetarum gnomae, graece ac latine: Pythagoræ scil. Phocylidis, Theognidis, Solonis, et aliorum. (Naumachii scil. Callimachi, Eueni, Rhiani, Eratosthenis, Panyasidis, Lini, Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis, Antimachi). Addita in fine variantis scripturae notatio: correcta item multis in locis interpretatio latina (*prosaica*) graecis ex aduerso apposita: opera et studio Frid. Sylburgii. Francof. ap. Io. Wechelium et Petr. Fischerum consortes. 1591. oct.

Ad ipsum contextum quod attinet, inquit Sylburgius in dedicat. ad Pincieriae cognatarumque familiarum pueros, quia manuscriptorum librorum in praesens non dabatur copia, meliorum editionum collatione instituta, id operam dedi, ut, quoad eius fieri potuit emendatissima prodirent omnia. In qua recensione quia non ubique ad amissim corrigi omnia poterant, immo absque vetustiorum codicum auctoritate non debebant; in fine seorsim partim variantem editionum scripturam, partim aliorum pariter ac meas de quibusdam locis coniecturas adnotavi. Quin et Latinam interpretationem maiori ex parte cum graeco textu consuli, multisque in locis, meo quidem iudicio, meliorem reddidi. Ad Sylburgium animaduersiones in Theognidem trans miserat Dau. Hoefchelius, sed inopi

nato quodam casu periisse eas sibi queritur Sylburgius in notis
p. 102.

- 45) Theognidis Megar. sententiae elegiacae etc. (vid. N. 17.)
Lips. ex offic. typogr. Abr. Lambergii. 1591. oct.
- 46) — sententiae etc. (vid. N. 17.) Lips. ex offic. eiusd.
1596. oct.
- 47) — Phocylidis, Pythagorae, Solonis et aliorum (vid. N.
44.) poemata gnomica. Graecis ex aduerso Latina inter-
pretatio apposita, multis in locis correcta, additaque va-
riantis scripturae notatio. Opera Frider. Sylburgii. Hei-
delberg. typis Hier. Commelini. 1597. oct.
Hanc alteram Sylburgianae collectionis editionem Dau. Hoefchelio
dedicat Commelinus, et *animaduersiones quisdam subindicat,*
quae inter cursoriam Theognidis lectionem sibi occurrerunt, et de
quibus Sylburgianas notas frustra consuluit.
- *48) — Megar. sententiae elegiacae cum interpretatione La-
tina. Ingolst. 1598. oct.
Vid. Catal. bibl. Ratisb. ad S. Emmeran. n. 9647.
- *49) Γνωμογραφοί, Theognis, Phocylides cum interpretatio-
ne Viti Amerbachii. Lips. 1598. oct.
Catal. bibl. Marqu. Gudii, p. 260.
- 50) Collectio Herteliana, recusa Lips. in offic. typogr. Abr.
Lambergii 1600. oct.
- 51) Collectio poetarum minorum Crispiniana, recusa Geneu.
ap. haeredes Eustach. Vignon, 1600. duod.
- 52) Epicae elegiacaeque minorum poetarum gnomae etc.
(vid. N. 47.) Francof. ap. Nic. Hoffmannum, impensis
haeredum Petri Fischeri, 1603. oct.
- 53) Theognidis Megarensis sententiae graecolatinae, certis
titulis, quos margo numerato exhibet, distinctae; cum in-
dice duplici, vno dictionum et phrasium graecarum, alte-
ro titulorum: Opera M. Wolfgangi Seberi, scholae Schleu-
fingensis Rectoris. Accedunt seorsim in eundem poetam
Ioach.



Ioach. Camerarii scholia graeca. Lipsiae impensis Thomae Schureri, 1603. oct.

Tituli, quos margini apposuit Seberus, ad mentem commentationum Phil. Melanchthonis, Ioach. Camerarii et Mich. Neandri, quantum eius fieri potuit, conformati sunt. Notae Seberi partim margini adscriptae, partim locupletissimo et magna cum cura confecto, vocum Theognidearum indici sunt insertae. Latina versio Vineri est. Hypomnematis Camerarii, quae proprio ornantur titulo, notas quoque addidit Seberus, quibus fontes citatorum in ibi testimoniorum paulo clarius commonstrantur.

*54) — sententiae. Gr. Lat. Augst. V. 1604. oct.

Vid. Lipen. l. c. p. 1473.

*55) — sententiae, Gr. Lat. per Phil. Melanchthonem. Lips. 1606. oct.

Catal. bibl. I. A. Fabricii suppl. I. n. 2533. Lipen. l. cit.

56) — sententiae, in collectione poetarum graecorum carminis heroici, quae curante Iac. Lectio Aureliae Allobrogum 1606. prodiit, sumptibus Caldorianae societatis, typisque Petri de la Rouiere, a pag. 704. ad 722. fol.

Ad graecam Stephani editionem Theognidem excudi curavit Lectius, additis quoque, quae in eadem habentur, variae lectiones. Versio latina e Sylburgianis editionibus est repetita.

*57) — sententiae, cum latina versione Phil. Melanchthonis, Witteb. ap. Sam. Seelfisch. 1609. oct.

Vid. Draudii bibl. class. p. 1592. Lizelii hist. poetar. graecor. Germ. p. 18.

*58) — sententiae elegiacae, graece, (si Draudio l. c. fides sit habenda; graece latineque secundum Lipenium l. c.) Argentor. 1610. oct.

*59) Collectio poetarum minorum Crispiniana, ad exempl. edit. Geneu. 1584. iterum recusa, Geneuae ap. Io. Vignon, 1612. duod.

- 60) Collectio Herteliana recusa (vid. N. 17.) Lipsiae, typis Lambergianis excudebat Wolffg. Meisnerus, 1613. oct.
- *61) Gymnasimata versuum graecorum, in quibus continentur: batrachomyomachia Homeri; Hesiodi opera et dies; Theognidis sententiae; Pythagorae versus aurei; Phocylidis poema admonitorium; omnia graece edita in usum scholarum a Casp. Brülouio. Arg. ap. Marc. ab Heyden, 1618. oct.
Catal. bibl. Regiae Paris. l. c. Y. 497. p. 272.
- *62) Collectio Crispiniana, ad exempl. edit. 1584. iterum recusa, Geneu. ap. Io. Vignon, 1620. duod.
Catal. bibl. Reg. Paris. l. c. Y. 493. p. 272. Maittair. annal. ty-pogr. T. III. p. 538.
- 63) Theognidis Megarensis sententiae graeco latinae, certis titulis, numerato in margine positae, distinctae: cum indice dupli- ci; vno dictionum et phrasum graecarum; altero titulorum. Editio secunda, quae seorsim, praeter graeca Ioach. Camerarii scholia, peculiare quoque notas exhibet, quibus et passim illustratur textus, et varia in super lectio ut aliunde, sic imprimis e MSS. Codd. Biblioth. Palatinae atque Augustanae demonstratur. Opera M. Wolfgangi Seberi Sulani. Lipsiae, imp. haeredum Thomae Schureri, (typis vero Io. Glicckii) 1620. oct.

Variantis lectionis designationem e codd. MSS. Palatinis duobus vnoque Augustano confectam ad Seberum transmiserat Dau. Hoeschelius; syllogen quoque observationum in Theognidem submisit M. Io. Weitzius, e quibus meliores selegit, multaque quae post priorem anni 1603 editionem ad poetam nostrum ipse annotauerat, addidit Seberus, qui *menda prioris editionis nonnulla hac in editione sustulit, versionemque Latinam multis in locis meliorem, aut certe pliniorum, fecit.* Augustinus codex multo rarius quam Palatini excitantur, quare eius collationem non tanta cum cura Hoeschelium instituisse suspicor. Weitzianas notas, quae cum

cum ceteris Seberianis commiscentur, nec addito auctoris nomine distinguuntur, sub Seberi nomine excitare cogor.

- 64) Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis aliorumque veterum poemata gnomica. Cum latina versione. Parisiis apud Io. Libert, via D. Ioannis Lateranensis, e regione auditorii regii. 1627. oët.

Tertiam, ni fallor, collectionis poetarum, quam sub a. 1628, anal. typogr. T. III. p. 891, excitat Maittaireus, partem constituunt poemata haec gnomica, sed priores duas partes numquam vidi. Ex praefatione totius operis, quam Maittaireus l. c. exhibet ad Stephanianum exemplum hanc collectionem, solo excepto Hesiodo, excusam esse, patet; latina Theognidis versio Vineri est, cuius quoque breues annotationes in calce adduntur

- *65) Collectio poetarum minorum Crispiniana, recusa Geneu. 1629. duod.

Occurrit in catalogis bibl. Petr. Francii, Thom. Osbornii, aliorumque.

- *67) Theognidis sententiae, graec. lat. per Phil. Melanchthonem. Witteb. 1631. oët.

Occurrit in catal. bibl. I. A. Fabricii, et in Th. Georgii Bücher-Lexico, suppl. 3. p. 371.

- 67) Theognidis Megarensis sententiae, ad vsum studiosae inuentutis seorsim excusae. Monasterii Westph. typis Bern. Rasfeldii, 1634. oët.

Graeca est haec editio, vitiisque typographicis turpiter inquinata.

- 68) Poetae minores graeci: Hesiodus, Theocritus, Moschus, Bion Smyrnaeus, Simmias Rhodius, Musaeus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, Simonides, Rhianus, Naumachius, Panyasis, Orpheus, Mimnermus, Linus, Callimachus, Euenus Parius, Eratosthenes, Menecrates, Posidippus, Metrodorus. Fragmenta quaedam Philemonis, Alexidis, Amphidis, Anaxandridae, Antiphanis, Apollodori, Diphili, Menandri, Diodori Sinop., Eubuli,

Hipparchi, Nicoftrati, Pherecratis, Philippi, Philippidae, Sotadae, Cratetis, Eriphi, Pofidippi, Timoclis, Clearchi, et aliorum incertorum auctorum. Quibus subiungitur eorum potiffimum, quae ad philosophiam moralem pertinent, index vtilis. Accedunt etiam nunc primum obseruationes Radulphi Wintertonii in Hesiodum. Cantabrig. ap. Thom. et Io. Buck, et Roger. Daniel, acad. typographos, 1635. oct.

In hac editione, (inquit Wintertonus in praefat.) exemplar omnium longe optimum Henr. Stephani, editum a. 1566, eoque deficiente, (neque enim Stephanus omnes edidit,) Crispini, editum a. 1606, quantum licuit, secutus sum. A quibus doctiffimis viris si forte nonnullis in locis dissentiam, id inuitus facio (nec sine doctiff. viro- rum iudicio) aut Ortographiae aut Orthometriae, aut Profodiae gratia, (nam ad haec tria capita reduci videntur posse omnia,) aut saltem aliqua alia non nisi iusta de causa, vti mihi videtur.

*70) Theognidis sententiae, gr. lat. per Phil. Melanchtho- nem. Lond. 1639. oct.

Catal. libror. bibl. Bodley. p. 582. b. (edit. 1738) Fabric. bibl. Graec. Vol. I. l. c.

71) Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis et aliorum poemata gnomica etc. (vid. N. 47.) Ultraiecti ex offic. Io. a Waesberge, (quibusd. exempl. ex offic. Herm. Ribbii,) 1651. duod.

*72) Poetae minores graeci: Hesiodus, etc. (vid. N. 69.) Cantabr. 1652. oct.

+ 73) Collectio gnomiorum Sylburgiana, sub. N. 47. addu- cta, iterumque recusa Ultrai. ex offic. Io. a Waesberge 1659. duod.

74) Collectio gnomiorum Herteliana, (vid. N. 17.) recusa Helmeft. impens. Io. Ad. Kaestneri bibl. typis Iac. Müll- leri 1668. oct.

Aliam interdum, quam caeterae collectionis Hertelianaes editiones, le- gionem adhibet Helmftadiensis haec editio. Adduntur quoque in

in calce libri poetarum vitae, e Wintertoniana, ni fallor, editione desumptae.

- 75) Poetae minores graeci: Hesiodus etc. (vid. N. 69.) Cantabr. ex offic. Io. Hayes, Acad. typogr. 1671. oct.
- 76) Theognidis sententiae omnes, gr. lat. inter: *Veterum poetarum graecorum poemata, aut poematum ἀποσπασματα selecta, eo consilio hunc in modum congesta, ut iuuentus iam in scholis non unum, sed plerosque omnes veteres poetas graecos, quorum quidem scripta supersunt, cognoscere possit, atque ita mature ad legenda eorum cetera alliciatur, cura Io. Vorstii. Berol. 1674. oct.*
- 77) Poetae minores graeci: Hesiodus, etc. (vid. N. 69.) Cantabr, ex offic. Io. Hayes. 1677. oct.
- 78) Eiusdem collectionis alia editio. Cantabr. 1684. oct.
- 79) Collectio gnomiorum Herteliana, rec. Wratisl. 1692. oct.
- 80) Veterum poetarum graecorum poemata, etc. (vid. N. 76.) Francof. ad Viad. sumpt. Rup. Völckeri, litteris Christ. Zeitleri, 1692. oct.
Io. Mollerus Cimbr. litter. Vol. I. p. 707: *Caeterae, inquit, Vorstianae collectionis editiones, quas catalogi nundinales Berolin. 1689 et 1691. ac Francof. 1703 prodiiisse perhibent, mihi non sunt visae, et partim forte chimericae.*
- 81) Theognidis Megarensis, poetae celebratissimi, sententiae elegiacae graeco latinae, notis philologicis, ex probatissimis quibusdam autoribus excerptis, ac collectis, exornatae, commentario integro, mentem gnomographi aperiente, illustratae, ac demum triplici indice auctiores redditae, quorum primus singula vocabula ordine alphabetico digesta, ac beneficio grammat. D. Welleri, resolutioni subiecta recenset: Secundus vocibus ratione thematicum inuestigandorum difficilioribus inseruit: Tertius virtutes morales, vitia, aliaque notatu digna in hocce libello



lo poetico contenta indicat: Quibus accedunt lectiones variantes; In *Φιλαλληλων* commodum, labore ac studio Henr. Gottlob Iust, Graec. Lingu. in gymnaf. Augustin. Prof. Sumptibus Autoris, Erfurti, litteris Müllerianis, 1701. oct.

E scholis utinam exfularent huiusmodi, maximo cum iuniorum detrimento confectae, editiones. Ex Camerarii, Neandri Seberique, scholiis commentarium quendam compilavit Iustius, eumque uogosis suis quisquiliis belle admodum exornauit. In lexico uocum Theognidearum, quod huic editioni subiecit, summae suae in graecis imperitiae vestigia superesse uoluit bonus ille Iustius.

82) Idem liber, recusus Francof. et Lips. ap. Mich. Keyferum, 1709. oct.

83 a.) Io. Patusae Encyclopaedia philologica. Venet. ap. Nic. Sarum 1710. quart.

Pleniorem huius collectionis notitiam praebet I. A. Fabricius bibl. Graec. T. XIII. p. 457-462. Theognidis uerses 420 priores in quarto seu ultimo huius Encyclopaediae tomo exhibentur a p. 253-267.

83 b.) Hier. Freyeri, Paedag. Reg. Glauchani Inspectoris, fasciculus poematum graecorum, ex antiquis et recentioribus poetis collectus, et ad innoxium scholasticae iuuentutis scholasticae usum, accommodatus. Halae Magdeb. 1715. oct.

Ex Theognidis sententiis selectae quaedam hic exhibentur. Vid. Fabric. l. cit. p. 466. 467.

84) Poetae minores graeci selecti et emendati, scilicet, Hesiodus, Theocritus, Moschus, Bion Smyrnaeus, Musaeus, Theognis, Phocylides, Pythagoras. Omnibus fere paginis subiicitur uocum difficiliorum explicatio grammatica. In Hesiodo inseruntur tabulae aere incisae instrumenta ueterum agris colendis inseruientia describentes. In usum scholarum. Londini, typis T. Wood. impens. G. Innys, et B. Motte. 1728. oct.

Ac



Ad Wintertonianam editionem impressus est graecus Theognidis textus, pariter ac versio latina. Notae, quae hic adduntur, dialectorum imprimis usum concernunt.

85) Veterum poetarum graecorum poemata aut poematum ἀποσπασματα selecta, eo consilio nunc denuo congesta, ut iuventus non vnum, sed plerosque omnes poetas graecos, quorum quidem scripta supersunt, mature cognoscere possit, cura Io. Ioach. Schröderi, ling. Sacr. & Orient. Prof. Marb. ordin. Marb. ap. Phil. Casim. Müllerum. 1733. oct.

Collectio est Vorkiana, sed nouis Schröderi curis recognita.

86) Θεογνίς σχολή γὰρ νεότητος καὶ πρὸς τῶν ἱβητικῶν χωρητός, d. i. Theognidis Lebens-Regeln, deren Text nach denen besten Lese-Arten hergestellt, und mit Deutschen Noten also behandelt wird, daß durchgehends 1) der Idiotismus graecus angemerket, und besonders auf die Verknüpfung derer Begriffe bey denen Griechen gesehen; 2) Die Sache selbst aus der alten Mythologie, Ethique, und Politique verständlich gemacht; 3) Die vielen Lücken hinlänglich ergänzt, und der Zusammenhang nebst denen verschiedenen Lese-Arten gezeigt wird; mithin nun jungen Leuten alles leichte zu fassen, und ohne Anstoß zu begreifen seyn muß: Nebst einer Vorrede von der eigentlichen Beschaffenheit des verdeckten Vortrags derer alten Griechen in ihrer vermeintlichen Gottes-Gelahrheit und des Theognidis Leben, durch Friedr. Gottl. Fischern. Altenburg bey Joh. Ludw. Richters Erben, (1739.). oct.

87) Editio iustina, auctior recusa Erford. sumt. Iungnicolinis (1739). oct.

88) Callimachi hymni & epigrammata: quibus accesserunt Theognidis carmina: nec non Epigrammata centum septuaginta sex ex Anthologia graeca, quorum magna pars non ante separatim excusa. His adiuncta est Galeni suasoria ad

X)(X)(X)

artes.



artes. Notas addidit, atque omnia emendate imprimenda curavit editor. In praefatione differitur de linguae graecae pronunciatione; secundumne *quantitatem* an *accentum* melius prodeat. Londin. impens. Gul. Thurlbourn, Bibliop. Cantabr. 1741. oct. mai.

Nitidae huius collectionis auctorem Thom. Bentleium fuisse, ex indice didici *Aëtis eruditor. Lipsenf. anni 1745.* subnexo. Poesmatibus Callimachi notas addidit Bentleius, quas acriter perstringunt eorundem Aëtior. collectores l. c. p. 403. seq. *Ex Theognidis sententiis moralibus,* (quas ad Cynnum datas esse Editor credit,) *excerpta* a p. 177. ad 215. hic exhibentur, *cum versione vulgatis emendatiori.*

89) Plutarchus de puerorum educatione, & de audiendis poetis, Isocratis orationes tres, Hesiodi opera, & Theognidis sententiae, Graece, in usum scholarum. Recensuit, praefationem & vitas auctorum praemisit M. Christoph. Kretschmar, Cruciani Dresd. Conr. Dresd. & Lips. ap. Frid. Hekel, 1750. oct.

Sententias Theognideas, aequae ac cetera, quae hoc libello continentur, opuscula, in partes seu sectiones diuisit Kretschmarus, singulisque capitibus argumentum praemisit, ut sic discentes statim in conspectu haberent, quale ab auctore exponatur argumentum. Variantes lectiones textui passim subiiciuntur. Lexicon vocum loquendique formularum, in his opusculis obuiarum, quod in praefatione editor promisit, nondum prodiisse opinor.



VERSIONES SENTENTIARVM THEOGNIDIS.

a) Latinae. α) *prosaicae*.

- 1) El. Vineti, aut, quae sub eius nomine circumferri solet, (vid. edit. sub num. 7. 8. 10. &c.) Emendata deinde haec versio fuit per Phil. Melanchthonem, Iac. Hertelium, Frid. Sylburgium, & Rad. Winteronum.
- 2) Mich. Neandri, quam in vtraque sua editione adhibuit, (vid. num. 15. & 31.).
- 3) Thom. Bentleii, in excerptis ex Theognide, sub num. 88. antea adductis.
- 4) Marci Anton. Petilii, Monte - Coruinatis, Iuriscons. Neapol. versio inedita. Vid. Leon. Allatii apes vrb. p. 187.

β) *Ligato sermone*.

- 1) Iac. Schegkii. Vid. num. 8. 10. 12. 14. 17. 18. 23. 25. 26. 27. 28. 30. 34. 36. 40. 45. 46. 50. 60. 74. 79.
- 2) Theognidis versio, item Pythagorae, Phocylidis, Tyrtaei & Solonis paraphrasis nec non alia varia poemata ac epigrammata recens edita. Autore Hieronymo Osio, Turingo. Ad illustrissimum ac potentiss. Regem Daniae, Christianum III. Witteb. in offic. haered. Ge. Rhau 1558. *oef.* Recusa est haec versio in edit. gnomie. Herteliana, Francof. 1563, (vid. n. 18.).
- 3) Io. Tholingeri. Antiquissimi poetae Theognidis gnomae, latino carmine redditae. Autore Ioanne Tholingero, Talmessingensi. Witteb. 1558. *oef.*
- 4) Gasp. Graspergeri, seorsim excusa Norib. 1562. *oef.* Vid. catal. biblioth. Iac. Burckhardi, Consil. & Biblioth. Guelferb. part. 1. p. 130. Integram hanc bibliothecam, magnis sumptibus ab haeredibus emtam, scholae Holtzmandanae vsibus consecrauit liberalitas Sereniss. Brunsvicensium Ducis.
- 5) Ant. Mockeri. Vid. n. 29.
- 6) Petreii Tiarae. Vid. n. 42.
- 7) Casp. Barthii in opusculis variis, Hanou. typis Willerianis editis, 1612. *oef.* Hanc suam interpretationem contra innominati cuiusdam auctoris obiectiones defendit ipse Barthius in aduersar. libri XV. c. 4.



2) Gallica.

- 1) Les sentenzen de Theognide, Poete grec, mises en vers françois par Nic. Pavillon, Parisien. Paris chez Guill. Julien, 1578. *off.* Vid. Catal. bibl. Reg. Paris. Y. 281. p. 259. Draudii bibl. class. T. II. p. 199. Ant. Verdier bibl. des auteurs Françoif. p. 919. Franc. de la Croix du Maine bibl. des Auteurs Franç. p. 499.

3) Italica.

- 1) Angeli Mariae Saluini versio inedita, cuius mentionem faciunt Io. Lamius memorab. Itolor. erud. T. I. in vita Saluini p. 54. & 61. Scip. Maffei in libro: Traduttori Italiani, o sia Notizia de' volgarizzamenti d' antichi scrittori Latini e Greci, Iac. Maria Paitoni in Bibliothec. degli Autori Greci e Latini volgarizzati, quam suppresso auctoris nomine D. Ang. Calogera primus edidit in Raccolta d' opusculi scientif. e filolog. T. XXXII-XXXVI, auctiorem deinde publicavit Phil. Argellati, Mediol. 1753. 4.

- 2) Germanicis versibus, sed parum feliciter, Theognidem vertere tentavit Clariss. Io. Dan. Denso. Infertum est huius versionis specimen scriptis societatis Teutonicae Lipsiensis, quae hoc titulo prodierunt: *Beiträge zur Critischen Historie der Deutschen Sprache, Poesie und Beredsamkeit*, Lips. 1738. 20 Stück. N. IV. p. 559.



ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΡΕΩΣ
ΓΝΩΜΑΙ ΕΛΕΓΕΙΑΚΑΙ.

THEOGNIDIS MEGARENSIS
SENTENTIAE ELEGIACAE.



ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΡΕΩΣ

ΓΝΩΜΑΙ ΕΛΕΓΕΙΑΚΑΙ. (*)



ἄνα, Λητῆς υἱὲ, Διὸς τέκος, ἔποτε σῆο
Λήσομαι ἀρχόμενος, ἔδ' ἀποπαιόμενος

ΑΛΛ

VARIÆ LECTIONES.

2. ἀνταπαιόμενος Steph. in marg. Neand. 1. 2. Iust. 1. 2. 3. Kretschm.

SCHOLIA IOACH. CAMERARII.

1. Ω. ἄνα] Απόλλωνα ἐπικαλεῖται ἐπὶ τὴν πόησιν

Ἐκ γὰρ Μισσῶν καὶ ἐκηβόλε Απόλλωνος

*Ἄνδρες ἀοῖδοι ἕασσιν ἐπὶ χθόνα,

ὡς φησιν Ἡσίοδος (Theog. 64. et sic quoque Hom. hymn. XXIII. v. 3.)

NOTÆ VARIORVM.

(*) Palat. cod. prior hanc habet ἐπιγραφὴν. Θεογνίδος γνῶμαι. Palat. 2. addit τῆ Μεγαρέως πρὸς Κύρῳ τὸν ἑαυτῆ φίλον. Factum nomen diminutionis quadam specie ex Θεογένης. Plures autem præter hunc nostrum illo dicti sunt: ut, qui de sacrificiis in Rhodo libros scripsisse aliquot fertur: dux quidam Atheniensium, cuius meminit Polyænus stratag. V. c. 28., τραγωδοποιήτης ille, qui ob frigiditatem et ineptias poematum χῶν nix appellatus, teste Suida in

Θεογνίς, (vide et Gyraldi hist. poet. fol. 274. et Erasmi in prou. Hoc noueram antequam Theognis natus est): vnus item e sectatoribus Arii apud Socratem hist. Eccles. I. 8. et alii forsitan.

SEBERVS.

Decem priores versus carminibus Theognideis præfiximus, morem vniuersæ sequeremur editionum, quæ hucusque prodierunt. Incertos fatemur nos esse, an recte satis huic poemati præmittantur.



THEOGNIDIS MEGARENSIS SENTENTIAE ELEGIACAE.



Rex, Latonae fili, Iouis proles, nunquam tui
Obliuiscar exordiens, neque desinens,

Sed

mittantur versus, qui carminis in laudem Apollinis compositi, magis quam paraeneticum initium effecisse videntur. Apollinem *πρώτον τε καὶ ὑψάλον ἐν τε μέσοισι* se cantaturum promittit Poeta; utramque igitur paginam in hoc carmine complebunt huius dei laudes. A natiuitate numinis incipit: *Φόβει ἀνάξ, ἔτε μὲν σὲ διὰ τέως κ. τ. α.* sed ex improviso Apollinem deserit, neque in omnibus, quae supersunt, Theognideis, solos si exceperis vers. 757. 771. et 1115, quidquam inuenias, quod in laudem solius Apollinis dictum crederem. Qui sequuntur quatuor versus Dianam spectant, quam, ut mala auertat fata, precatur Poeta. Iam v. 15: *Musae, inquit, et Charites, quae Cadmi ad nuptias quondam profectae pulchrum cecinistis carmen.* *Πρόλαον* hic habes, sed deest *ἀπόδοσις*, qua illarum in pangingendo carmine auxilium Poeta imploraret, quamque si per *ἀναπλαπόδοτον* deesse dixeris, nescio an cum dicendi genere simplici, quo utitur Theognis, conuenire queat. Haec sunt, quae in-

tegritatem horum *εἰχων* suspectam nobis reddiderunt; Quod si Theognidi aut alii Megarensium scriptori hos versus abiudicandos esse, aut fide MSS. codicum aut aliis idoneis probatum fuerit argumentis, quam de Megarensi templo ad v. 12. fecimus coniecturam, eam merito reiiciendam putamus.

KALL.

Ω ἀνάξ] *Ἀνάκτων* et *Ἀνάστων* titulo insignita fuisse Deorum Dearumque numina obseruarunt Spanhem. ad Callim. p. 4. 34. 96. Brouckhusius et Vulpus ad Propert. l. IV. eleg. V. 63. Barthius in aduersar. l. XX. c. 21. aliique plures. Diuinitatis notionem cum voce *ἀνάκτος* coniunctam esse Eustathius docet ad Il. A. 7. Notari etiam merentur, quae de hac voce ad Euripid. Hippol. v. 88. commentatus est antiquus Scholiastes, qui diis hanc appellationem in primis competere, *καταχρηστικῶς* vero *τῆς διοπόας, ὡς δευτέρως σωτήρας, ἀνάκτων* titulo ornari, e loco demonstrat Homero Il. 2, 402, cui similis est alius eius-



Ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν τε, καὶ ὕστατον, ἔν τε μέσοισιν
 Αἰίσω· σὺ δέ μευ κλυῖθι, καὶ ἐφλά διίδε.

Φοῖβε

eiusdem poetae II. x. 506. 507. (Vide, quae de ultimo Homeri loco disseruit Plato in Cratylo p. 270. edit. Francof. 1602.) Apollinem solo illo ἀνακτοῖος nomine saepe designari, allatis ex Homero, Sophocle et Callimacho exemplis probat Spanhem. ad Iulian. Caesar. p. 356. et ad Callim. hymn. in Apoll. v. 79. Poetas autem, qui ab inuocatione Deorum sua carmina exordiuntur, imitatus Theognis, Apollinis implorat auxilium, a quo etiam Deo faustum carminibus successum precantur Orpheus argon. v. 1. sq. Apoll. Rhod. argon. I. 1, Oppiañ. de venat. I. 9. etc. Cur Apollinem prae caeteris Diis carminis sui patronum elegerit Theognis, peculiaris, praeter indicatam a Camerario, afferri potest causa, quod nempe hunc praesertim Deum sibi propitium experti fuerint Megareses. Narrat enim Pausanias in Attic. c. 42, famam apud Megareses Atticos fuisse, Apollinem Alcathoo, cum moenibus urbem cingeret, suam commo- dasse operam. (Datur, inquit Liuius, haec venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis primordia urbium augustiora faciat.) Plura de hac Pausaniae relatione dicam, vbi ad vers. poetae nostri 771. peruentum fuerit. ID.

ἔποισι σέο] Plato: ἀποθεῶν χρηπαν-
 τα ἀρχομενοι αἰεὶ λαγυν τε και νοειν Epist. 8.
 non longe ab initio, vid. et Timaeum
 p. 1046. Cicero de legibus II. c. 3.:
 A Diis immortalibus sunt nobis agendi
 capienda primordia. Sed cur a Diis,
 non a Deo? Confer e sacris Ioh. IV.

22, 1 Cor. VIII. 6. et Psalm. XCVI. 5.
 Quin Plato etiam τῆς σκεδαίας ἐπιστολῆς,
 inquit, θεὸς ἀρχεῖ, θεοὶ δὲ τῆς ἡτταν, Epist.
 13. fin. vid. et de Legib. I. IV. p. 831.
 Item Theocr. Idyll. XVII. 1. Homer.
 hymn. in Apoll. 1. SEBERVS.

2. ἀρχομ. καὶ ἀποπαυομ.] Αρχε-
 θω et ληγειν simili modo coniungunt
 alii. Hom. II. I. 97. Ἐν σοὶ μὲν λή-
 ξω, σέο δ' ἀρχομαι: (de ὑσερολογίᾳ,
 quam commisit Homerus vid. Eustath.
 in h. l.) Hesiod. Theog. 48. Αρχόμενα
 θ' ὑμνεῦσι θεῶν, ληγέσασιν τ' αἰοιδῆς.
 Theocr. Idyll. XVII. 1. Ἐν Δίος ἀρ-
 χώμεθα καὶ εἰς Δία λήγετε, Μοῖσαι.
 Pro ἀποπαυομ. alii libri, teste H. Ste-
 phano, ἀναπαύομενος reponunt, eodem
 tamen manente sensu. KALL.

3. πρῶτ. τε καὶ ὕστ. ἐν τε μεσ.]
 Theocr. Idyll. XVII. 3. Ἀνδρῶν δ'
 αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρῶτοισι λεγέσθω,
 Καὶ πύρατος, καὶ μέσσοσ. Homer. h.
 XIX. 3. σὲ δ' αἰοιδὸς - - - πρῶτόν τε
 καὶ ὕστατον αἰὲν αἰεῖται. Hesiod. Theog.
 34. Σφᾶς δ' αὐτῆς πρῶτόν τε καὶ ὕσε-
 ρον αἰὲν αἰεῖται. IDEM.

6. Φοινικός] Vide Homer. Odysl. ζ.
 163. Cicer. de legib. I. 1. Callim. in
 Del. 210. Ovid. Metam. VI. 336. ad-
 iungit oleam. Vid. et Strabo I. XIV.
 p. 440. (edit. Casaub.). Plutarchus
 inter duas fontes Latonam ait peperisse,
 quorum



Sed semper primumque, et vltimum, inque mediis
Canam: Tu autem me exaudi, et bona da.

Phoebe

quorum vni palmae, alteri oliuae no-
men fuerit. Vit. Pelopid. p. 208. (Edit.
Basil. 1560.) SEBERVS.

Φοίνικος ῥαδιῆς.] Si hic ῥαδιῆς legas, ad ge-
nit. *Φοίνικος* pertinebit: quam vocem foe-
minino genere efferi nusquam video;
quare censeo mutandam postremam
huius epitheti syllabam, vt datiuo *χερ-
σι* conueniat, quod frequens videris
apud Poetas, quomodo etiam infra v.
996. Peperit ergo palmae arbori inni-
xa prope flumen Inopum Apollinem
Latona in Delo insula. Homer. in h.
in Apoll. VINETVS.

Quidam legunt *Φοίνικος ῥαδιῆς*, inso-
lentius. Nostram lectionem *ῥαδιῆς*
χερσι confirmat v. 996. SYLBVRG.

Φοίνικος.] Apollines quatuor recenset
Cicero de nat. Deor. l. III, c. 23. (sex
Clem. Alex. cohort. ad gent. p. 24.
edit. Potter.) quorum qui Iouis et La-
tonae filius habebatur, poetarum car-
minibus maxime fuit decantatus. De
incunabulis huius Dei varii varia tradi-
derunt. Plures scriptorum sententias
recenset, (vt mythologicos scriptores
taceam,) D' Orvillius in praeclara de
rebus Deliacis exercitatione, Obseruat.
Miscell. in var. auct. Vol. VII. tom.
I. suppresso auctoris nomine inserta,
Sed si vel maxime vnus aut alter con-
traria senserit, a longe plurimis tamen
agnita fuit Delus vera Apollinis patria,
Minori huic inter Cyclades insulae glo-
riam nati in ea Apollinis vindicant Ho-
merus, Poeta noster, Callimachus,

Ouidius plurimique alii. Quod si ve-
terum de partu Latonae Deliaeo nar-
rationes inter se contuleris, in variis
περιστάσει eas differre deprehendas, de
quo illorum dissensu alia occasione dif-
ferere nobis est propositum, iam de ar-
bore, ad quam in Delo Apollinem enixa
est Latona, diuersas veterum enar-
randi rationes indicabimus. Palmam
a Latona, partus doloribus oppressa,
fuisse apprehensam, praeter Theogni-
dem tradit Homerus hymn. in Apoll.
v. 117. *Ἀμφὶ δὲ Φοίνικι βάλει πήχης, γῆνα δ'
ἔρεισε Λαιμάτι μαλακῶν.* Arborem autem
amplexa est iuxta parturientium mor-
rem, quae proxima quaeque arripere,
atque ita partus dolores leuare solent.
Hoc enim modo rem explicat antiquus
Apollon. Rhod. scholiastes ad argon.
I. 1131. vbi Anchiala Idaeos Dacty-
los paritura terram vtraque manu ap-
prehendisse dicitur: *ἔθος, inquit, ἐστὶ
ταῖς κυβισαῖς Ἰῶν παρακειμένων λαμβά-
νεσθαι, καὶ ἀποκρηθίζειν ἐαυτὰς Ἰῶν ἀλ-
γηδόνων, ὡς καὶ Ἀθήῳ ἐλάβετο τὴ Φοί-
νικος.* Male Neander not. ad h. 1:
*Caeterum Apollonii Rhodii interpres
scribit, ideo tangi palmam a parturien-
tibus, quod partus dolores leuare cre-
datur.* Virum doctum sequuntur Iust.
et Fischer. Sed nullam, credo, Apol-
lonii enarratorem palmae arbori tribue-
re medicam virtutem, Neandri ta-
men opinioni aliquo fortasse modo fa-
uere videbitur Aeliani de partu Lato-
nae narratio, var. hist. l. V, c. 4. In
palmae truncum Latonam se reclinalle
vult Callimachus hymn. in Del. v. 200.,
vid.



Φοῖβε ἄναξ, ὅτε μὲν σε θεὰ τέκε πότνια Λητώ
Φοῖνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη

Αθα-

4. ῥαδινῆς Ald. Flor. Frob. Vinet. I, Brub. Steph. Hertel. I, Arcer. Lect. Helmst
Patuf. τρυφειῆς Cod. Palat. 2.

SCHOLIA IOACH. CAMERARII.

6. Φοῖνικος ῥαδ.] Ἐς ὕψος ἀνατεθαλίας, ἢ μᾶλλον ῥαδινῆς, ἤγεν κα-
λαῖς καὶ μεγάλας χερσὶν. ὁ δὲ νῆς, σὲ τεχθέντος ἐν τῇ Δήλῳ, δεδρα-
κνίας τῆς μητρὸς Λητῆς ἐν τῷ ὠδίειν Φοῖνικος ἐυθαλῆς ἔρως, τότε μὲν
ἢ νῆσος θείας εὐοσμίας ἐνεπλήθη, ἔχαιρε δ' ἦτε γῆ καὶ θάλασσα σά-
γειναμένε. Τῆς δὲ ἐν Δήλῳ Φοῖνικος καὶ Ὀμηρος μέμνηται οἰσσο. ζ. (ν.
163.) καὶ Καλλιμαχὸς Φησιν, (hymn. in Del. 209.) ὅτι κεκμηκυῖα πα-
ρεκλίθη τῇ Φοῖνικῇ ἢ Λητῷ. ὅς καὶ τὴν καλεμένην τροχοειδῆ λίμνην,
ἣς μέμνηται Ἡρόδοτος κλειοῖ, (leg. Εὐτέρπη scil. c. 170.) ΤΡΟΧΟΕΙΔΩΝ
ἠνόμασε.

vid. quae ad h. l. attulit criticorum
maximus Ezech. Spanhemius. Duas
inquit Ovidius metam. VI. 635. a pa-
riente Dea retentas fuisse stirpes; quae-
nam hae fuerint, alio declarat loco,
Metam. VI. 335:

*Illic incumbens cum Palladis arbore
palmae
Edidit inuita geminos Latona no-
uerca.*

Ovidianae narrationi fauet Deliorum
apud Aelianum var. hist. l. V. c. 4. te-
stimonium: Ὅτι ἀναθήλαι λόγος ἐστὶ
Δήλιος Φύλα ἐν Δήλῳ, ἐλαίαν καὶ Φοί-
νικα, τῶν ἀψυμένην τὴν Λητῷ ἐυθὺς
ἀποικύσσει, τέως ἐδυναμένην τῆτο
δράσαι. Prodigio quodam tunc pri-
mum in Delo enatae a multis credebantur
hae arbores, eandemque ob cau-
sam φοῖνικος ἢ ἐπιεῖς ἀπερχόμενον dixit Ho-

merus Od. ζ. 163, φοῖνικα πρῶτόγονοι
Euripid. Hecub. 465. vid. Eustath. ad
Homeri l. c. Palmam, laurum et ole-
am Latonae vicinas dedit Eurip. Iphig.
in Taur. 1099, sed adfuisse oleam alii
negarunt, (ἐλαία γὰρ, inquit Eustath.
l. c. φύσιν, ἐκ ἧν.) et ad horum quoque
opinionem se accommodasse videtur
idem Tragicus in Hecub. 465. 466. et
Ione v. 905. 906, vbi palma et laurus
solae memorantur. De citatis ex Iphig.
in Taur. et Ione poetae locis tanquam
in transitu monere mihi liceat, pro
φοῖνικα ἀπερχόμενα forte meliori iure faci-
lique emendatione φοῖνικα ἀπερχόμενα
substitui posse. Prius illud ἀπερχόμενος
de Baccho saepius praedicatur, de ar-
boribus autem et nominatim de palma
vsurpari nunquam memini. E contra-
rio ἀπερχόμενος et ἀπερχόμενος de arboribus
saepius dici solent; Δρυός ἢ ἐλάτης ἀπερ-
χόμενος ἀμφὶ κλάδοις canit idem Eurip.
Phoen.



Phoebe rex, quandoquidem te dea peperit veneranda Latona,
Palmam teneris manibus amplexata.

Im-

Phoen. 1517. Palmae autem, cui, vt inquit Plinius l. XIII. 7. omnis coma est in cacumine, quamque ἀκρόκαρπον ἀκρόφυλλον καὶ ἀκρόβλαστον dixit Theophrastus hist. plant. l. I. c. 23, vllumne aptius tribui posset epitheton? Dionys. Perieg. v. 1010. - - ἐνθά γε πόλλοι Ἀκρόκαρποι Φοίνικες ἐκρηγίφεις πεφύασι, vid. Eustath. ad h. l. Fragm. Orphicum apud Plutarch. sympot. VIII. 4. p. 723. e.

- - - ζῶον δ' ἴσον ἀκροκόμοισι
Φοινίκων ἔρνεσσι, - - -

Menda scaterre haec Orphei verba credidit Vir de literatura Graeca pariter ac orientali immortaliter meritus, I. I. Reiske, qui Animadu. in graec. auct. Vol. II. p. 455. ἴσον ἀβροκόμοισι, aut, quod mauult, ἴσα μακροκόμοισι legere iubet. At, quod pace Exc. Viri dictum volo, nullam hic video rationem, cur a communi recedentes legendi ratione vocem extrudamus, quae de palma arbore optime praedicatur. Sed mittimus Euripidem, et ad Latoniam redimus arborem. Quos hucusque excitauimus, antiquissimi scriptores in eo consentiunt omnes, palmam aut folam aut aliis cum arboribus conjunctam partui Latonae vicinam fuisse; negligendam igitur censeo auctoritatem vel Hygini, solam in fab. LIII. et CXL. commemorantis oleam, vel Seruii, quem labens forte memoria decepit, cum not. ad Aeneid. III. 92, Latonam duas laurus amplexam Dianam et Apollinem enixam fuisse traderet. Per multa deinde secula sempiterna mansit haec natiuitate Apollinis inclyta palma, V-

lyffes hanc Deli vidit, Odyss. 2, 163. sq., eandemque suo aeno monstrari testatur Cicero l. de legib. I. 1. Meminerunt etiam huius tanquam adhuc superstitis Theophrast. hist. plant. l. IV. c. XIV, Plinius l. XVI. §. 89. Pausanias l. VIII. c. 23. et 48.

Φοίνικος ἑαδινῆς χερσὶ ἐφαψ.] Diuersis modis hunc locum tentarunt interpretes. Alii ἑαδινῆς legunt, et ad Φοίνικος referri putant. Sed obstat, quod dudum monuerunt Vinetus et Sylburgius, vocem Φοίνικος foeminino genere vix vnquam efferri. Quare praefertendam credidi alteram illorum sententiam, qui iota vocali η subscriptentes datiuum plur. Ion. ἑαδινῆς cum χερσὶ coniungunt. Poetis ἑαδινὰ saepius dicuntur membra hominum inprimis tenera. De oculis Aeschyl. Prometh. 400. ἀπ' ὄσσαν ἑαδινῶν, scholiast. ἀπαλῶν, παρθενηκῶν; μηρὸς ἑαδινῆς dixit Anacreon ap. schol. Pindari Olymp. VII. εροφ. I. 5. ἑαδινὸς τραχηλός, epigr. ap. Suidam v. ἑαδινός. Στόμα ἑαδινόν Niciae epigr. ap. eundem l. c. (in editae Antholog. l. III. c. 24, vbi integrum adest, legitur ἀπὸ ἑαδινῶν φθόγγον ἰσὶς πτερυγῶν, sed male.) ἑαδινὰς ποδας Veneri tribuit Hesiod. θεογ. 195. De manibus denique vsurpant Theocr. Idyll. XVII. 37. Τῆς μὲν Κυπρον ἔχοισα Διώνασ πότνια κέρα Κόλπον ὅς ἐνώδη ἑαδινὰς ἐπεμάξαο χεῖρας. Apoll. Rhod. argen. III. 106. - - τὴν δ' Ἥρη ἑαδινῆς ἐπιμύσσαο χεῖρὸς, cf. etiam schol. ad h. l. Sed quid aliunde huius vocis repetam exempla, cum proprium ipse suppeditet Theognis; qui v. 996, obseruante etiam



Αθανάτων κάλλιπον ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ,
Πᾶσα μὲν ἐπλήθη Δῆλος ἀπειρεσίῃ.

Οδυμῆ

etiam Sylburgio, *καλλινας χείρας*, sensu tamen paulum diuerso, vocauit manus Lacaenae puellae. Hoc vnicum praetermittere nolo, Suidam voc. *καλλινη* per *αθηνῆς*, *λεπτή* explicare; quam optime loco Poetae nostri haec conueniant, dictu haud est opus. Allatae interpretationi varia opposuit C. Barthius, verum adductis scriptorum locis facile ea refelluntur, neque vel minimum assensum meretur temeraria illius emendatio, qua pro *καλλινης ῥοδίνης* substituendum censet. Codex Palat. 2. *την φρεῖς* reponit, sed e scholiis in textum hanc vocem irrepsisse suspicor; simile glossema inuenias apud enarratorem Apoll. Rhodii l. cit. K.

Ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ] Interpretes: in rotunda palude; attamen lacum melius quam paludem verti, loca suadent Callimachi hymn. in Del. 261, et Herodoti l. II, §. 170; vterque enim, cum de λίμνῃ Deliaci sermonem faciant, lacum, non paludem intellexisse videntur. Huius Deliaci lacus meminerunt scriptores diuersi; Euripidem taceo, cuius ex Ionē et Iphigen. in Taur. duo testimonia protulit Spanhemius in not. ad Callim. p. 480. Iam illustrioribus tantummodo inhaerebimus auctorum locis, de geographico lacus situ breuiter disputaturi. Apud *τροχοειδέϊα λίμνῃ* Latona peperisse creditur; quam autem λίμνῃν *τροχοειδέϊα* cognominant Theognis et Herodotus l. cit. eandem *τροχοειδέϊα* Callimachus appellauit. Verum cum tantis, quantis vix vlla alia Archipelagi insula, calamitatibus subiecta fuerit

Delus, vestigia illius λίμνης hodie frustra quaeri vnusquisque facile putaret. Sed, quod mireris, lacum detexisse tibi visi sunt peregrinatores egregii, quae magna cum litterarum vtilitate archipelagum perlustrarunt, Georg. Whelerus et Iac. Sponius. Assensum de refectioni illorum praebuit, vt alios taceam, eximius ille Herodoti commentator, quo diutius frui nostro aeuo inueniunt fata; Petr. Wesselingius in not. ad Herod. l. c. Sed a Sponio tamen et Whelero discessit Celeb. Pitton de Tournefort, qui in libro cui titulus Relation d'un Voyage du Levant fait par Ordre du Roy Tom. I. p. 112. sceleratius illorum sententiam impugnauit, alioque in loco, quem in tabula geograph. numero 2. distinxit, hunc lacum se reperisse credidit. De Apollonidis, praesidis Musarum, cunabulis hic disputant viri docti, digna igitur est controuersia, cui pauca aliquot impendam paginas. Allatis, quae illi praeterierunt, meliorum scriptorum testimoniis, controuersiae nondum satisfactis explicatae lucem affundere tentabimus. Vt autem meliori cum successu haec fieri queant, ab ipsius Dei natiuitate narrationem incipere oportet. Quae non solum aetate Principum et nobiliorum progeniei est praestantia, quod sibi congenitas habeant artes, nec apud eos serueniat vsus ab annis, ea quoque olim credita fuit Deorum soboli interdum adesse felicitas. Diana, quamprimum partu edita fuisset, sua statim studiis haud est ementita. Narrat Callimachus, obstetricis munus eam suscipisse



Immortalium pulcherrimum apud rotundum lacum

Tota quidem impleta est ingens Delus.

pisse, matrique gemellum pariturae fratrem Apollinem auxiliatrices adhibuisse manus. Inde venatrix assidua feris persequendis occupabatur. Quas cepisset Dea capreas, illarum capita fratello Apollini attulit; cornua ille abscidit, et ex iis aram sine glutine aut alio vinculo quadrimus adhuc artifex compegit. (Videantur, quae protulit doctiss. Spanhem. not. ad Callim. p. 83. 84.) Apollini hoc opus adeo egregie successit, ut inter septem orbis miracula locum ara obtinuerit, maximaque cum laude a plurimis scriptoribus fuerit celebrata. Notari imprimis meretur locus, in quo ab Apolline erigebatur βωμός ille κεράτινος. Callimachus hymn. in Apoll. v. 56. sqq.

Φοῖβος γὰρ αἰεὶ πολίσσιν
Φιληδέϊ

Κτιζομέναις, αὐτὸς δὲ θεμελίαι Φοῖ-
βος ὑφαίνει

Τετραέλης τὰ πρῶτα θεμελίαι Φοῖβος
ἔπηξε

Καλῆ ἐν Ορτυγίῃ περιήγεος ἔγγυθι
λίμνης

Ἄρθεμις ἀγρώσσεσσι κερήαια συννε-
χῆς αἰγῶν

Κυνθιάδων φορέεσσιεν, ὃ δ' ἔπλενε
βῶμον Απόλλων.

Δείμαρτο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε
δὲ βωμόν

Ἐκ κερῶν, κερὰς δὲ πέριξ ὑπεβάλ-
λετο τοίχας.

Odore

Ὡδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμελίαι Φοῖ-
βος ἐγείρειν.

Prima ergo Deliacae urbis fundamen- ta apud rotundum lacum posuit Apollo, cum corneam ibi aram erigeret. Qui hanc Callimachi de ara περιήγεος ἔγγυθι λίμνης, (τετραέσσαν eandem dixit hymn. in Del. v. 261.) ab Apolline constructa narrationem legerit ei facile persuadebitur, λιμνη Poetae περιήγεα eandem esse, quae τετραέσσης Theognidis, Apollinemque fortasse egregio hoc opere splendorem et venerationem loco suo natali addere voluisse. Neque omni deinde cura destituta fuit cornea ara, nam aediculam ei superstruxisse videtur Apollo, parietesque vel corneos addidisse, vel, quod praefert Spanhemius, affixis cornibus ornasse. Maxima procul dubio sequenti tempore fuit arae ab ipso Deo fabricatae sanctitas et religio, eamque ob causam omnibus forte modis hoc artis Apollineae monumentum auxit et ornauit posteriorum pietas. Quid, si huic exornandi studio magnificum Apollinis templum originem suam debere statuerimus? Ne mera nos ludere coniectura aliquis forte dicat, Plutarchi dabitur locus, quo corneam aram in templo Apollinis se Deli vidisse tradit. Sic autem in libro de solertia animalium p. 983, (edit. Francof. 1620.) scribit Historicus ille Chaeronensis: Ἐμοὶ δὲ πολλάκις ἰδόντι καὶ θύγοντι, παρισταλαί λέγειν καὶ ἄδειν, Δήλω δὴ ποιε τοῖον Απόλλωνος παρὰ ναῶν, τὸν κεράτινον

B

βωμόν



βωμόν εἶδον ἐν τοῖς ἑπτὰ καλκμένοις
 θεάμασιν ὑμνόμενον, ὅτι μήτε κόλλης
 δεόμενος μήτε τινὸς ἄλλης δεσμῶ, διὰ
 μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε καὶ συνήρ-
 μοσαι κεράτων. Homeri locum, Odyss.
 ζ. 163, respexit Plutarchus, atque
 hinc suspicio mihi exoritur, corneam
 forte fuisse aram, apud quam palmam
 vidit Vlysses. Palmam autem Home-
 ri eandem fuisse quam pariens Latona
 apprehendit, testimonio Ciceronis de
 legib. I. r. (coll. cum locis cit. Plinii
 et Theophrasti) nec non Eustathii et
 schol. breuium ad hunc Hom. locum
 auctoritate abunde confirmatur. Quod
 si hanc nostram de primordiis templi
 Apollinei coniecturam admiseris, tunc
 demum cum aliorum de Apolline pro-
 pe rotundum lacum genito narrationi-
 bus conciliari optime queant, quae ex
 Deliorum fide tradidit Cicero Actio-
 II. in Verrem l. II. c. 17, *Est, inquit, tan-
 ta apud eos eius fani (magnum intelli-
 git et celeberrimum a Verre spoliatum
 Apollinis templum,) religio et antiqui-
 tas, ut in eo loco ipsum Apollinem na-
 tum esse arbitrentur.* Maximam sem-
 per credidi huic incolarum opinioni in-
 esse auctoritatem, eamque praecipue
 sequi debere, qui cunabula Apollinis
 in Delo inuestigare cupiunt. Quare
 si quaedam superessent lacus Deliaci
 vestigia vel inter rudera vel saltem in
 vicinia templi quaeri, me iudice, ea
 debent. Displicuit igitur Tournefor-
 tii sententia, qui paruum aliquem la-
 cum et in quadam insulae lingua posi-
 tum λιμνην veterum τροχοειδία fuisse ven-
 ditat. Aduersantur Tournefortio in-
 primis haec duo, alterum, quod lon-
 gissime a templo Apollinis et vrbe De-
 liorum remotus sit ille lacus, nam si
 celeb. Viti fidem sequi velimus, nulla
 Deliorum apud Ciceronem narrationis

ratio haberi possit; alterum, quod neglectum et omnibus monumentis del-
 tutum fuerit paruum et ignobile illud
 stagnum, neque tamen posteritati tanta
 incuria est tribuenda, vt incultum
 prorsus et inornatum reliquisset natale
 Apollinis locum credibile sit. Spon-
 potius et Wheleri sententiae subscri-
 bentes, per λιμνην Callimachi τροχο-
 εαν, lacum quendam intelligi credimus
 quem prope ruinas templi Apollinei
 tum in itinerariis suis describunt Spon-
 nius Tom. I. p. 179. (edit. Lugd. 1678.)
 Ge. Whelerus Tom. I. p. 85. (edit.
 Amstel. 1689.) et Tournefortius l. I.
 p. 113. Pluribus argumentis confir-
 mari potest Sponii Whelérique sente-
 tia, maxime tamen eam commendat
 templi Deliaci vicinia, lacusque cu-
 alio, apud templum Mineruae Saiticu-
 existente, notabilis similitudo. Ne-
 pe inter lacum Saiticum et λιμνην De-
 τροχοειδία comparisonem instituit Her-
 odotus L. II. c. 170. λιμνη γέλειον, ἰ-
 quit, ἐχομένη, λιθίνη κρηπίδι κεκο-
 μημένη, καὶ ἐν ἐργασμένη ἐν κώκλα-
 καὶ μέγεθος (ὡς ἐμοὶ ἐδόκει) ὅση περ
 ἐν Δήλῳ, ἡ Τροχοειδὴς καλεσμένη
 Magnam hanc lacum etiam in orn-
 mentis, similitudinem, ne causae sus-
 noceret, timuit Tournefortius, quare
 vt omne, quod aduersariorum senten-
 tia e loco Herodoti accedere posse
 robur eneruaret, magnitudinem et figuram
 potius quam ornamenta historici
 cum respexisse affirmat. Sed, licet
 Tournefortio hoc concesserim, lacus
 Deliaci mentionem ideo fecisse Her-
 odotum, vt de magnitudine vel figura
 alterius Saitici iudicare lector possit
 maxime nihilo minus Sponio fauerent
 videntur Historici verba. Qui Her-
 doti scripta perlegerint, iis multa a
 ipso suscepta itinera ignota esse neque
 un-



unt. Delum quoque perlustravit, nam, vt alia taceam, verba, quae per parentheses addit, *ὡς ἔμοι εἰδοίκετο*, testem *αὐτόπλην* omnino arguunt. Historicum autem latuisse vix credo illum Sponii lacum, partim, quod templo Apollinis, maximo scilicet et visu dignissimo Deli monumento, adeo vicinus fuerit, partim, quod haud incelebrem eum fuisse ornamentorum, quae supersunt, vestigia demonstrant. Tournefortium igitur sequere, quam, quaeso, adducas rationem, cur inter sexcentos, quos vidit, lacus ignobile quoddam elegerit stagnum, quod cum Saitico lacu comparare posset. Eandem, fortasse dicas, fuisse amborum lacuum magnitudinem et figuram. Sed vnde haec nosti? E contrario Sponii sententiam si amplectaris, lapideam crepidinem, qua cinctus fuit vterque lacus, Herodoto de Saitico scribenti Deliacum alterum per idearum aliquam confociationem in memoriam reuocasse, magna cum veri specie contendas. Vnius cuiusque lectoris iudicio causam relinquimus. Perlegat aliquis Herodoti verba, lacum deinde audiat in Delo exstitisse, *λιθίνη κρηπίδι* circumdatum; Aut grauius erro, aut veram hanc esse Herodoti *τροχοειδέα λίμνην*, persuasissimum ipsi erit. Sed reticere haud debent, quae Sponio obiecit Tournefortius: *Il n'est pas croyable*, inquit egregius peregrinator, *que ce marais (τροχοειδής λίμνη) soit le bassin ouale, ou l'on representoit les combats de mer, parcequ'il n'y a aucune apparence, qu'on eut donné le nom de marais ou de lac a un bassin fait de main d'homme, tres bien cimenté, et que l'on remplissoit, comme nous le ferons voir, de l'eau de la mer, lorsqu'on vouloit représenter des batailles navales.* Artificii hominum vestigia in hoc lacu deprehenduntur, ergo *λίμνη*

vocari nequit. Si vera haec essent, Herodoto potius, quam Sponio, obici illa debent. Lacum Saiticum, ab hominibus quam maxime elaboratum, *λίμνην* ille appellavit, cur igitur Deliaco hoc nomen denegaremus. Neque obstat, quod naumachiis destinatum videatur opus. Theseum legimus, cum e Creta redire Delum adpulisset, sacra ibi Apollini fecisse, et vna cum comitibus circa corneam aram saltasse. Ludos quoque ille instituit, victoribusque primas dedisse fertur; vid. Io. Meursii Theseum c. 15. et Petr. Castellani de festis Graecorum in v. *Δήλια*. Instituta Thesei recolebant quot annis Athenienses, alique Graeciae populi, mittebantur nimirum *θεωρίαι* seu sacrae et solemnes legationes, quae rem diuinam in Delo facerent, ludi etiam, vel singulis annis, vel, quod manult Spanhem. ad Call. p. 317, quinto quouis anno repetebantur. Hac occasione naumachiis forte adaptatus fuit Sponianus ille lacus, neque qui ludos nouerit, quanta cum religione a veteribus fuerint celebrati, lacum hoc instituto profanari credat. Sed metam huic excursui ponimus, pauca adhuc de aliorum circa h. l. conatibus addituri. Citato saepius Herodoti loco adductus, vocem *τροχοειδής* proprium lacus nomen esse credidit Abr. Ortelius, eandemque opinionem fouit innominatus Casp. Barthii aduersarius, quem indignis modis in Aduersar. l. XV. c. 4. lacerat, ineptique hominis titulo ideo exornat, quod graecum *τροχοειδής* a latino interprete melius retineri fuerit arbitratus. Irae suae nimium in hac controuersia indulgit optimus Barthius, neque, quam ipse dedit, huius loci versio: *Curuam pone paludem, accurata vilo modo haberi potest; videantur, quae ad Callim. monuit Spanhemius*



Οδυμῆς ἀμβροσίης· ἐγέλασσα δὲ γαῖα πελώρη,
 Γήθησεν δὲ βαθυὸς πόντος ἀλὸς πολιῆς
 Ἄρτεμι θηροφόνῃ, θυγατέρ Διὸς, ἣν Ἀγαμέμνων
 ἔισαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς·

Ευχο

VARIAS LECTIONES.

9. ἐγέλασα] ἐγέλασε Ald. Flor. Frob. Brub. Patuf.
 Seber. I. Wintert.

12. ἔισαθ'] ἔισαθ' Steph

SCHOLIA IOACH. CAMERARII.

II. Ἄρτεμι] Τὸν μὲν Ἀπόλλωνα ὡς ποιητικὸν θεὸν καὶ τιμιώτερον, ἐπεκα-
 λέσατο προπεροὺ ὁ Θεόγνιστος· καὶ τὴν λεγομένην ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἄρτε-
 μιν τῇ δευτέρᾳ τάξει προσεκάλεσεν, ὡς προσετήθεσαν καὶ αὐτὴν αὐτῶν· Τ
 δὲ ἔισατο, ἢ ὡς ἐν ἄλλοις, ἤισατο, ἀγτι τῷ ἰδρύσατο. Ὅτι δὲ Ἀγα-
 μέμνων ἀπαξόμενος τοῦ πόλεως ἐς Τροίαν, ἐν τῇ Ἀυλίδι τῇ Ἰαρκίαιδι ἔδυσσε
 καὶ ἐξίλασόμενος τὴν θεῶν, τὸν ἕκον αὐτῆς ἐκόσμησε (Strabo lib. XIV, fo-
 440.) καὶ ὅτι ἡ Ἄρτεμις μετέβαλε τὸ ἱερεῖον, μελλήσσης ἤδη σφαγήσεσθαι τῆς τ
 βασιλέως θυγατρὸς, τῶν πολυθρυλήτων ἐστίν. Καλλιμάχου δὲ τάδε· (hymn
 in Dian. v. 228. sq.)

σοὶ δ' Ἀγαμέμνων

Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγνάτθεο νηῶ

Μεῖλιον ἀπλόης, ὅτι οἱ κατέδησας ἀήλας.

hemius p. 480. Sed, etiamsi Barthius
 haud male, vt mea fert opinio, egerit,
 quod τὸ τροχοειδὲς latine verterit, loco
 tamen Herodoteo persuadeor, non ex
 arbitrio poetae impositum, sed commu-
 niter a vulgo receptum fuisse, hoc ἐπι-
 θετον, hinc nec alterum peccare, si grae-
 cam vocem in latina versione retinue-
 rit. Poetam nostrum emendare sed hoc
 in loco infeliciter tentavit Io. Meursius
 in not. ad Lycophr. Cassandr. 702. Pro
 τροχοειδὲς βροχοειδὲς legere mauult Vir-
 doctissimus. Nouum hoc, et, quantum
 scio, nulli alii scriptori commemoratum,
 ἐπιθετον, quomodo, τῇ λίσσῃ attribuitur,
 haud satis perspicuo. Si vocis etyma

logiam et compositionis formam spe-
 ctaueris, (quae vnica est τῶν ἀδοσπον-
 significatum eruendi via,) aliquid la-
 queiforme indicare, nec tamen rotun-
 ditatis notionem inuoluere videbitur.
 Verum idem, iudice Meursio, esset
 βροχοειδὲς, quod Lycophronis ἀμφιτο-
 νατον βροχον.

8. Δῆλος] Plutarch. in vita Pelop-
 Delum montem facit. Alii volunt La-
 tonam Ephesi peperisse. Tacit. anna-
 III, c. 61.

Δῆλος ἀπειροσίν] Quamquam bene nou-
 Poetas in eligendis epithetis multa v-
 licentia. Theognidem tamen Delum
 ησοιδίον illud, ob magnitudinem laudat



Odore ambrosio, risit vero terra magna,
 Gaiusque est profundus pontus maris albicantis. IO.
 Diana fericida, filia Iouis, cuius statuam Agamemnon
 Posuit, cum in Troiam nauigaret nauibus velocibus.

Pre-

se difficulter mihi persuadetur. Vocem ἀπειρίσιος, pariter ac Graecorum μέγας, Latinorum magnus, inclutum, celebrem interdum denotasse suspicor, nulla tamen veteris scriptoris auctoritate hunc Lexicographis ignotum vocis significatum confirmare possum. Aliis forte placebit τὸ Δῆλος ἀπειρίσιον Delus rotunda vertere. Rotundum τὸ ἀπειρίσιον interdum denotare Eustathius animadvertit ad Il. n. 447. Ἀπειρίσιος etiam eodem venire sensu ex analogia collegit H. Stephanus in thesauro, et aptum, ni fallor, ex Dionys. Perieg. v. 458. addere potuisset exemplum. Sed forte vis huius verbi non virgenda. Odoris latissime sparsi vim exprimere volebat, eum itaque per totam insulam quamuis magnam, si ad odoris naturam respicias, fufum esse ait. Vltimum adhuc superest remedium critica huius loci emendatio; pro ἀπειρίσιος substitue atque omnis fere huius loci difficultas evanescat.

ΚΑΛΛ. 9. [Ὀδμήϊς ἀμβροσίης] Eustath. ad Il. δ. 3. ὡς περ καὶ τὸ θείας εἶναι τινὰς λέξεις, τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίην διὸ καὶ πολλὰ τῶν καλῶν σωμάτων τὰ, καὶ πραγμάτων, ἐνεῖθεν παρωνομεῖται. Ὀδμήϊ ἀμβροσίη de suaui odore, quem Bacchi praesentia excitavit, Homerus vitur hymn. VI. 36. Scilicet odorata fra numina fingunt Poetae; Venerem bene olentem describit Virgil. Aeneid.

I. 407. Apollinem Callimach. hymn. in eund. 38. sq. alii alios. Insignis est Euripidis locus in fabula Hippol. v. 1301, moribundus enim Hippolytus e solo Deam comitante diuino odore Dianam adesse colligit:

Ἐξ ὧν θεῖον ὀσμῆς πνεῦμα καὶ γὰρ
 ἐν κακοῖς

Ων, ἡ θόμην σα, κένευσθ' ἰδὴν δέμης
 Ἐς ἐν δόμοισι ταῖς δέ γ' Ἀρτεμῖς
 θεά.

IDEM,

γέλασε] Scripsimus hic ἐγέλασσε per duplex σσ, vt penultima breuis producatur. VINET. Res inanimatae, terra praesertim ac mare, γέλασσαν apud Poetas saepissime dicuntur. Metaphoricum vocis vsum optime illustrat Eustath. ad Il. a. 506. et τ. 267. ἡ θέρη γέλασσαν dixit Synesius hymn. IX. 25. γέλασσε δὲ γαῖα καὶ αἰθήρ, Coint. Smyrn. VI. 3. πόλις ἰλαρὴς τε καὶ γελῶσας Anacr. od. 49. 6. τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ, Sappho ap. Achill. Tat. II. p. 64. λευκῶν γελῶσιν, Anthol. epigr. lib. I. c. 91. Verum res satis nota.

Κ. γαῖα πιλῶρη] Πιλῶρος et πιλῶριος id. quod μέγας, δεινός, υπερφυής; per ἀρὸς πιλῶρ, vt πιλῶρ ἱερός Apoll. Rh. arg. II. 39. κύκλωι πιλῶρ, Odyss. I, v. 428. vbi vid. Eustath. Ἄλφας πιλῶρ, et πιλῶρον monstrum, Apoll. Rh. IV. 1440. Iliad. ε. 741. vide Rittershus. ad Oppian. Cyneget. IV. 209.

SEBEB.

10. γήθησι] Apud Homer. hymn. in Apoll. 137. γηθεύουσα Delus dicitur,



Ευχομένω μοι κλυθι, κακάς δ' ἀπὸ κῆρας ἀλαλκε'
 Σοὶ μὲν τῆτο, Θεᾶ, σμικρὸν, ἔμοι δ' μέγα.
 Μῆσαι καὶ χάριτες, κῆραι Διὸς, αἱ ποτε Κάδμω 15.
 Ἔς γάμον ἐλθῆσαι, καλὸν αἰείσατ' ἔπος

ἽΟΤ76

SCHOL. IOACH. CAMERARII.

15. Μῆσαι καὶ Χάριτες] Κάδμος ὁ Ἀγήνορος, τῆ Ποσειδῶνος καὶ Λιβύης, ἐξ Ἀργιάκης τῆ Νείλες ἠγάγετο γυναῖκα Ἀρμουλιαν, τὴν Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης· ἐπὶ δὲ τὸν γάμον συνελθόντων τῶν Θεῶν, μέλος ἐπᾶσαι λόγος ἐστὶ τὰς Μῆσας. (Pindar. pyth. od. III. 155. sq.). Καὶ ἐδείκνυον, ὡς Φησι Παισαυίας, (libr. IX. c. 12.) οἱ Θηβαῖοι χωρὶον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα ἔφασσαν ἄσαι τὰς Θεάς. Πάντοτὰ δὲ Μῆσαι καὶ Χάριτες συζεύγνυνται, ἔ γάρ τι ἄνευ μυσῶν ἔυχარი γένοιτ' ἂν, ἔδ' ἔμυσον ἄνευ χαρίτων. Ἀπὸ δὲ κοινῆ ἐπαναληψίον τὴν ἐπίκλησιν, τῆ ποιήτε δεομένε, τὰς τε Μῆσας καὶ Χάριτας ἴλεως εἶναι, καὶ εὐοδῶσαι τὴν ἐπιχείρησιν αὐτῆ· ὁ δὲ νῆς· καὶ ὑμεῖς δὲ, ὦ Μῆσαι καὶ Χάριτες, κλύετ' ἐμῆ, καὶ προσάπτετε κάλλος τοῖς ἔμοις ποιήμασιν, ὡς τε καὶ φίλα εἶναι τοῖς ἀνθρώποις αὐτὰ· τὰ γὰρ καλὰ προσφιλή εἶναι, ὑμέτερον ἔπος εἶναι, ἐμπεποιημένον τῷ γαμικῷ ὕμνῳ, ὃν ποτ' ἤσατε παρὰ τῷ Κάδμῳ. Τῆτο δὲ λέγει ἢ πλάσας αὐτὸς, ἢ ἀπεκδεξάμενος ἐκτεθέν τε ἐν μέλεσσι τισι τοιχείοις, ὅμοις ἐμελώδησαν ἂν τότε αἱ Μῆσαι. Ὁ δὲ Πλάτων ἐν Λύσιδι (fol. 505.) ἐκτίθησιν, τὸ φίλον εἶναι τὸ καλόν, ὡς περ ἀρχαίαν παροιμίαν, ἣ δὲ καὶ ἐν Βάκχαις κεῖται. (Eurip. Bacch, 879.)

ὅτι μὲν Θεός (Apollo, non Latona, vt alii volunt,) εἶλετο οἰκίαν θείαν. Substant. γηθοσύνην mari etiam tribuit II. N. 29. Πόντον αἰλὸς πολυῆς apud eundem inuenias II. φ. 59. Quid per πόντον αἰλὸς indicetur, Eustath. explicat loc. cit. Cur mare πολὺν vocetur, diuersas Grammaticorum opiniones recenset idem scholiast. II. ξ. 185. et τ. 267. KALL.

II. Ἄρτεμι] Quomodo Iphigeniam filiam Agamemnon sacrificarit Dianae

in Aulide, ad Troiam profecturus, vide apud Seruium ad Virg. Aen. II. 116, *Sanguine placastis ventos* etc. et Ouid. Metam. libr. XII. Lege etiam de ea re Euripidis tragoediam, cui titulus Iphigenia in Aulide. VINETVS.

12. Ἔσατ'] Quidam legunt ἤσατ', augmento Attico, vt in ἤμαζον, ἠδῶν, et similibus. Hesychius certe et ipse ἤσατο pro ἰδεύσατο agnoscit. Ionicus accentus est, εἰσατ', vt in fragm. Antimachi βα.



Precantem me exaudi, mala autem fata depelle:

Tibi quidem hoc, Dea, paruum, mihi vero magnum est.
Musae et Gratiæ, filiae Iouis, quae aliquando Cadmi 45.
Ad nuptias profectae, pulchrum cecinistis carmen;

βυμὸν δὲ οἱ εἶσατο πρῶτος: sicut etiam *ἴδος* pro *ἴδος*. SYLBVRG. Pro *εἶσαθ'* vel *εἶσατο*, dial. Ionica quidam leg. *ἦσατο* Attice. Exponitur *ἀνέθνηκε* a Suida apud quem diuersa est ab hac constructio, qualis et in Antim. fragm. et alibi passim: huic autem similis Antholog. epigr. I. 20. 12. Ovidius Metam. VII. 240, *statuitque aras e cespite binas*.

SEBER.

Triplex est huius loci lectio, sed nulla earum sensum mutabit. Quamcunque secutus fueris legendi rationem, vertendum tamen erit: *cuius statuam collocauit Agamemnon*. *Ἔζομαι*, aequae ac *ἰδρύομαι*, solemne est Graecorum verbum, quod de statuarum aliarumque rerum dedicatarum collocatione adhibere solent. Mirum fortasse quibusdam videbitur, Theognidem, Dianam, ipsam scilicet Deam alloqui, pronomen autem, quod sequitur, relatiuum ad *τὴν Ἀρτέμιδα* grammatice referri, neque tamen de Dea, sed de statua ipsius intelligendum esse. Verum tanto magis eam construendi rationem nostro poetae licere puto, cum ipsa Deorum nomina non solum Diis, sed etiam statuis tribuerint Graeci pariter ac Romani. Innumera occurrunt apud veteres scriptores eius rei exempla, sed Plutarchum nominasse sufficiat, qui in aureo de Iside et Osiride libello c. 71, de hoc nominum diuinorum abusu egregie commentatur.

KALL.

Ἀγαμέμνων] Paulo aliter Callim. hymn. in Dianam 228, itemque Strabo libr. XIV. p. 440. et Pausan. Attic. p. 41. 9. SEBER. Quae ad h. l. de Iphigeniae in Aulide immolatione attulerunt Camerarius, Venetus, Neander, Iust, et Fischer *ἱεραροδίαυσα* omnia videntur. Notissimam hanc fabulam copiose multi enarrarunt, neminem tamen noui, qui vel statuam dedicasse, vel templum Dianae ob filiae liberationem condidisse Agamemnonem meminit. Narrat Pausan. lib. I. c. 43, Megaris Atticae exstare Dianae templum, *ὃ Ἀγαμέμνων ἐποίησεν, ἠνίκη ἦλθε, Κάλχυντα οὐκάντα ἐν Μεγάρῳις ἐς Ἴλιον ἐπεσθαι πέισων*. Cum autem Megaras patriam habuerit Theognis, huius templi fabricam nostrum respexisse arbitror. Pausaniam, forte aliquis obiiciat, templi ab Agamemnone exstructi meminisse nostrum autem statuae tantummodo dedicationem commemorare. At, qui templa Diis consecrabant, statuas iidem in templis collocare solebant; idem igitur factum sed diuersis videntes dicendi formulis ambo retulerunt. Nostram opinionem optime confirmat Eurip. locus Hippol. 30. sq. Phaedra.

Πέτρων παρ' αὐτὴν Πάλλαδος κατόψιον,

Γῆς τῆςδε ναὸν Κύπριδος ἐγκαθίστατο

Ερᾶσ'



“Οτι καλὸν φίλον ἐστὶ τὸ δ' ἔ κακὸν ἔ φίλον ἐστὶ.

Τῆτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ σομάτων.

Κύρνε σοφισομένω μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω

Τοῖς δ' ἔπεσιν, λήσει δ' ἔποτε κλεπτομένη. 20.

Ουδέ

SCHOLIA IOACH. CAMERARII.

19. Κύρνε σοφισομ.] Προσφωνεῖ τὰδε τῷ ἑταίρῳ (ἔγω γὰρ εἰπεῖν εὐλογον) αὐτῷ Κύρνω. Τὸ δὲ **σοφισομ** κυρίως ἐστὶ, σοφῶς καὶ γλαφυρῶς καὶ νυνεχόντως ἐκπονήσασθαι τι, καὶ διὸν τῆς σοφίας τεχνίτην εἶναι, ὅθεν καὶ οἱ πάλαι σοφιστὰὶ εἰρηνται, ἐπαγγελλόμενοι ἔργα σοφίας διὰ λόγων. Επειδὴ δὲ περὶ τὴν λέξιν οἱ πολλοὶ μόνον ἐπραγματεύοντο, καὶ ἑτερατεύοντο πλεῖστα παραλογισάμενοι τῆς ἀκρίβειας, διὰ τῆτο κακῶς ἤνευσε τὸ ἐπάγγελμα, καὶ σοφιστὰὶ ἐκλήθησαν, οὐκέτι οἱ σοφοί, ἀλλ' ὑποκριταὶ τινες τῆς σοφίας, καὶ σοφίσματα, αἱ τῶν διαλέξεων ψευδεῖς διπλοκαί, καὶ πανῆργοι συλλογίσεις. Οὐκ ἔστι, τὰ μὲν ἔπη ταῦτα τῇ ἐμῇ σοφίᾳ ὡσπερ σφραγίδι κατασημανθέντα, ἐγγνωσά τε καὶ διάδηλα εἶναι πᾶσι, καλῶν δὲ καὶ ἀγαθῶν ἐν τοῖς πρώτοις ὑπαρχόντων, ἀδεῖς, ὡς ὄμμα, προτιμήσει τῆτων ἄλλα κακῶν τίνα.

Ερῶσ' ἔρωτ' ἀκδημον Ἰππολύτῳ
δ' ἐπὶ

Τολοιπὸν ἀνόματεν ἰδρύσθαι θεῶν

ἰδρύσθαι θεῶν de templi aedificatione utitur Tragicus, recte enim interpres: *Et propter Hippolytum In posterum dici voluit Deae templum fundatum fuisse.* Schol. ἰδρύσθαι θεῶν] ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει ἰδρύσατο ἀφροδίτης ἱερόν ἐπὶ κακῶν Ἰππολύτῳ. **KALL.**

14. Σοὶ μὲν γὰρ] Aristot. Eudem. VII. 10. confert cum illo nescio an vulgi dicto: σοὶ μὲν παιδία τῆτο, ἐμοὶ δὲ θάνατος. **SEBER.** Posterius dictum fabulatori cuidam antiquo philosophum debuisse

credo. Ranae est responsum puero datum, qui cum apud marginem lacus cuiusdam luderet, ranas, quoties captae exfereret, lapidibus ferire tentabat.

KALL.

15. Μῦσαι καὶ Χάριτες κ. τ. α.] *Sύνναο* plerumque fuerunt hae Deae, et a Poetis saepissime coniunguntur. Quod Cadmi nuptias attinet, iis et Pelei nuptiis celebriores nullas in omni antiquitate inuenias. Deos ad illas conuenisse, splendidoque epulo fuisse exceptos, Musas quoque in honorem Cadmi et Harmoniae cecinisse referunt Pindar. Pyth. III. 155. Prolixius hanc pompam descripsit Nonnus Dionys. V. 88.



Quod pulchrum, gratum est; quod non pulchrum non.
 Hoc carmen immortalia venit per ora (gratum est;
 Cyrne, docenti quidem mihi sigillum imponatur
 His carminibus, latebit autem nunquam, si surripatur. 20.

Neque

V. 88. sq., nullam tamen, aequae ac Pindarus, Charitum mentionem fecit. Caeterum de hisce nuptiis longe diuersa ex mente Sidoniorum tradidit Eumerus Coeus apud Athen. Lib. XIV. c. 22. Cadmus, si huic scriptori fides aliqua haberi possit, coquus fuit regis Sidoniorum, qui comite itineris assumpta Harmonia, regis eiusdem tibicina, in Boeotiam aufugisse fertur. Sed nolo Eumeri, mythologiae profanae infenso hosti, tantam praebere fidem, ut Cadmum ad inferioris subsellii homines detrudendum esse credam; Harmonia egregia forte claruit Musices peritia, tibicina igitur Eumeri audit, Poetae autem fabulam de Musis canentibus fingendi occasionem inde sumfisse videntur. KALL.

19. Σοφιστομένη μὲν ἐμοὶ] Datius est commodi, de cuius apud Graecos aequae ac Latinos usu videndus Vechnerus in hellenolex. l. I. part. 2. c. 23.

Σφρηγίς] Jonice pro σφραγίς. Lucianus Epigr. XI. alio sensu, nempe de non reuelandis arcanis: Ἀρρήτων ἐπέων γλώσση σφρηγίς ἐπικεῖσθω. SEBEC. Integrum epigramma, ex Antholog. L. I. c. 51. defumtum, in sua Luciani editione repetit Reitzius, Tom. III. p. 677.

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσση σφρηγίς
ἐπικεῖσθω

Κρείσσω γὰρ μύθων (al. λόγων) ἢ κτεάνων φυλάκη.

Epigrammatis sensum haud recte expressit interpres, magnus ille Grotius, cuius haec est versio:

*His, quae dicta nocent, linguam
 tibi pone sigillum,
 Plus voces, minus est res retinere suas.*

Tale quid si innuere voluisset Lucianus: Ἀρρήτοις ἐπέων γλώσση (vel: γλώσσης) σφρηγίς ἐπικεῖσθω scribendum esset; sed vix tamen credo, eleganti Luciani ingenio talem sententiam fuisse dignam, cum inepte prorsus dictum videatur, linguam in obfignandis verbis sigilli vices esse subituram. Aut grauius fallor, aut duplicem illum generandi casum ἀρρήτων ἐπέων absolute positum esse recte mihi persuadeo; Vertendum igitur: In iis rebus, quas reuelare nefas, obfignanda erit lingua, melior enim et utilior erit verborum, quam opum cauta et sollicita obseruatio. Summam, quae ἀρρήτοις ἐπέσι debetur, silentii fidem per linguae obfignationem indicat poeta, eodem scilicet modo, quo ipsis etiam numinibus, silentii praesidibus os obfignatum tribuunt scriptores antiqui. De Angerona, silentii dea, Plinius hist. nat. L. III. c. V. §. 9. Namque Diua Angerona, cui sacrificatur, ante diem XII. Cal. Ianuarii, ore obligato obfignatoque simulacrum habet. Solinus cap. 1. Inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur Angeronae, cui sacrificatur ante diem duo-



*duodecimum calendar. Januar., quae
dina praesul silentii istius praenixo ob-
signatoque ore simulacrum habet. Ma-
crobius saturn. l. 10. Massurius ad-
dit simulacrum huius Deae ore obligato
atque signato in ara Voluptatis propterea
collocatum, quod, qui suos dolores anxie-
tatesque dissimulant, perueniant patienti-
ae beneficio ad maximam voluptatem.* Quo modo signatum, aut qui-
bus vinculis obligatum os Angeronae
in simulacris fuerit, Salmasius explicat
exercit. Plinian. T. I. pag. 9, digito
nempe labris admoto os comprimebat
Dea, et quodam quasi sigillo signabat.
Eundem quoque gestum in plerisque
Harpocratis statuis obseruari Cuperus
docet in libello, quem de falso huius
dei numine conscripsit. Silentium hoc
gestu cultoribus suis imponere Harpo-
cratem, vulgaris est, et a Graecis pa-
riter ac Romanis antiquitus credita
opinio; praeter Macrobius aliosque,
Ovid. metam. IX. 691. *Premittit vocem,
digitoque silentia suadet.* Conferri ta-
men merentur, quae contra hanc opi-
nionem ingeniose, (nescio tamen, an
satis vere,) commentatus est Jablon-
skius in pantheo Aegyptior. P. I. p. 263.
264. Ipsam quoque *ἰχθυοειδίαν* signatio-
nem oris vocavit Ausonius Epist. XXV.
27. *Aut tua Sigalion Aegyptius* (i. e.
Harpocrates) *oscula signet.* De signa-
culo oris, quo utebantur Eleusiniorum
Epoetae, vide Tertullian. libr. adv. Va-
lentinian. *statim ab initio.* KALL.

[*Σφραγίς ἐπιπέσει δὲ τοῖς ἐπίσιον.*] Inter-
pres Theognideus Jo. Tholinger, Petr.
Nannius in miscellan. L. VI. c. II.,
et Mich. de S. Josepho in bibliograph.
critic. T. IV. p. 376. b. Theognidem,
credunt vers. 19 et 20 a Cyrno petiisse,
vt suis carminibus sigillum apprimi cu-
raret. Equidem stultitiam poetae mi-
rarer, si ridiculo hoc modo a falsario-

rum manibus cautum crederet suum
poema. Alii, Theognidem, dicunt,
his verbis carmina sua Cyrno dedicare,
vtque suo nomine, sigilli ad instar, ea
muniat et protegat, rogare. Sed dif-
ficulter credo, talem, nisi verbis vis
inferatur, elici posse interpretationem,
neque cum Cyrno agit poeta vt cum
principe quodam viro, cui opus suum
inscribere, eiusque tutelae committere
posset, sed tanquam iuuenem vbique
alloquitur, cui ipse multo sapientior
amica subministrat consilia. Nos, cum
de distichi sententia paulo accuratius
despiciendum sit, videamus primum
de singulis verbis. Non monebimus,
ἔποτε λήσει κλεπτομένη esse quidem pro-
prie *nunquam clam aut furtim surri-
pietur*, simpliciter tamen, *nunquam
auferetur, nunquam auferri aut tolli
poterit*, accipi posse; at *σφραγίς ἐπι-
πέσει* et *ἐπιπέσει* dupliciter dici potest,
cum non tantum rei custodiendae ac
seruandae causa apponi soleat sigillum,
sed etiam rei signandae ac notandae
causa, quo ab aliis discerni et domino
vindicare possit. Dicit itaque poeta:
*Impressum sit, Cyrne, carminibus meis,
quae nunc scribo, sigillum, seu χαρακτήρ
et nota aliqua, quae nec tolli et auferri
possit; h. e. habento mei versus pro-
prium sibi aliquem characterem, quem
nos dicimus, indelebilem.* Haec cum
sententia esset poetae, oratione laxiori,
vt saepe solent, inprimis antiquissimi
poetae, vsus est pro: *σφραγίς, ἢ ἔποτε
λήσει, μήτε κλεπτομένη, μήτε αλλασσομένη;*
vel, *ἢ ἔδειξ λήσει μήτε κλέπτειν, μήτε ἀλ-
λάσσειν.* Posterius περιφραστικῶς extulit,
et in nouam propositionem commuta-
uit: *Nec quisquam permutato meliora
cum peioribus.* Iam si quaeras, quae
illa nota et ille *χαρακτήρ* carminum
Theognideorum esse debeat; nobis
sane

sane perdifficile erit, istum characterem ita constituere, ut versus Theognidi falso tributos aut interpolatos nunc tuto discernere queamus. Res tamen aliter se habere potuit cum iis, quibus cum viveret, imprimis cum Megarensibus. Cum autem poeta de characterem eo versusum maxime agit, quo a poetastrorum et plagiariorum, quibus adeo iam ea aetas abundabat, suos versus discerni posset, praestantiorum aliquam indicari credimus indolem ac bonitatem, siue rerum ac sententiarum grauitatem, prudentiam et honestatem, siue verborum naturalem aliquam pulchritudinem ac mundam et simplicem venustatem intelligas; quam illis adeo propriam esse vult ac perpetuam, ut nec detrahi possit, (i. e. ut si plagiarius quis poeta surreptis versibus Theognideis utatur pro suis, statim dignosci possit non plagiarium sed Theognidis esse,) nec interpolari, (h. e. ut, si quis peior poeta interserat Theognideis suos peioris notae versus, statim fraus deprehendi, et *ἰμβολικαί* illi versus eiici possint, utque facile sit unicuique pronuntiare: Haec Theognidea sunt, illa non sunt.) Alioqui ipso quoque, ut hoc addamus scribendi genere a plerisque *προχρονίς*, atque etiam a *συγχρονίς* poetis se maxime distinxit Theognis. Ante nostri enim tempora fictas ut plurimum fabulas narrabant poetae, Theognis autem primus, aut saltem inter primos, fuit, qui, fabulis relictis, versibus suis sententias, vitaeque degendae praecepta proposuit. Confirmantur haec testimonio Rhetoris Aphthonii, qui in progymnasm. p. 16. (edit. Heidelberg. 1597.) gnomicae poeseos auctorem facit Theognidem: *Κατηγορεῖσθαι, inquit, τὴν ποιήσιν ἐκ ἀφῆκεν ὁ Θεόγνης, ἀντὶ μύθων ἀσκήσας παραινέσιν, ὁρῶν*

γὰρ ποιητὰς τὸ μυθολογεῖν περὶ πολλὰ ποικίλους, τὰς μύθους ἀφείας, ὑποθήκας, ὡς χρὴ ζῆν, ἐν τῷ μέτρῳ συνηγαγεῖν, ἅμα τῷ μέτρῳ τὴν χάριν τηρῶν, καὶ τῆς ὑποθήκης ἐπισφῆρων τὸ κέρδος. Ex his quae dicta sunt facile apparet, emendationem, in quam aliquis coniectura incidere possit, *λίσει δ' ἔποσι κλεπτόμενα*, scil. *τὰ ἔπη*, non prorsus necessariam esse, quanquam sic minus forte impedita foret sententia: *Nota impressa esto meis carminibus, ut ea nec furtim surripi possint, nec permutare aliquis possit meliora cum peioribus.* (Solent Graeci *ἀλλάσσειν τὸ κακίον τῷ ἰσθλῷ* dicere, ubi Latini, *permutare bonum cum malis.*) A Barthio in aduers. L. XII. c. 14. iidem hi versus 19 et 20 ad antiquissimum annuli signatorii usum probandum adducuntur, sed si vera fuerit, quam, huius loci, dedimus, interpretatio, minus recte a Barthio hoc factum esse credimus.

KALL.

Λήσει] Quidam legunt *λήσει*: ea scilicet forma, qua *πυσις* deriuatur a *πυθάνεσθαι*. SYLB. Monstruosum hoc *λήσει* in margine editt. Hertelianar. irrepressibile video.

KALL.

Κλεπτομένη] MS. August. *κλεπτομένην*. *Κλεπτόμενος*, cui aliquid furtim subripitur, vel qui decipitur. Vid. Gul. Budaei comment. graec. Ling. p. 1018. SEBER.

21. *Οὐδέ τις ἀλλ᾽ ἔει*] Chius tamen quidam apud Plutarchum vinum optimum vendebat, ipse bibens vappam. Proinde seruus cuidam sciscitanti, *τι ποῖοντα τὸν δευπότην καταλέλοιπεν; ἀγαθῶν ἔφη παρόντων, κακὸν ζητῶντα, de tranquillit.* p. 314. SEBER.

τῷ ἰσθλῷ] Codex Palat. 2. *τῷ ἰσθλῷ*, sicut et versu 147. *ἀρετῇ* *σι*. SEBER. Quidam malunt *τῷ ἰσθλῷ* et sequenti versu.



Ὅυδέ τις ἀλλάξει κάκιον τῆ ἐοθλῆ παρεόντος.
 Ὡδε δὲ πᾶς ἐρέει, Θεόγνιδος ἐστὶν ἔπη
 Τῆ Μεγαρέως, πάντας δὲ κατ' ἀνθρώπων ὀνομασῆ.
 Ἄσοϊσιν δ' ἔπω πᾶσιν ἀδεῖν δύναμαι.
 Ὅυδὲν θαυμαστὸν, Πολυπαῖδη· ἐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
 Ὅυθ' ὕων πάντως ἀνδάνει, ἐδ' ἀνέχων.

VARIAE LECTIONES.

21. τῆ ἐοθλῆ] τῆ ὄθλῆ Steph. Crisp. Wint. Lect. Syll. 2, et sq. Fisch. 22. Θεόγνιδος
 Θεύγνιδος Steph. in marg. 26. πάντας] πάντας Ald. Frob. Vinet. Brub. Her
 Steph. Crisp. Franck. Syll. Lect. Wint. Bentl.

SCHOLIA IOACH. CAMERARII.

22. Θεόγνιδος] Ἰωνικῇ κράσει, ἀντὶ τῆ Θεόγνιδος, ἔτω καὶ Θεόκριτος,
 Θεόκριτος, καὶ Θεοδοσίος, Θεοδοσίος. Ἀφορμῆς δὲ λαβόμενος, τό τε ὄν
 μα αὐτῆ ὁ ποιητῆς ἐξέφρασεν ἐνταῦθα, καὶ ἐδυχέρανε πρὸς τῆς πολιτα
 ἦττον φιλοφρόνως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας. Ἐνέπλεκε δὲ καὶ γνώμην παρα
 μιῶδη, ὅτι οὐδεὶς ἄπασιν ἀρέσκει. εἰ γὰρ μὴ δύναται ὁ Ζεὺς, σχολῆ γ' οὐ
 δῖός τ' εἶη τῶν ἀνθρώπων τίς. Ἀνέχων δὲ, τετέστιν αἰθρίαυ ποιησάμενος
 ἀνασκεδασθέντων τῶν ὑετωδῶν νεφελῶν.
 27. Σοὶ δ' ἐγὼ ἔυ] Ἄυται ὑποθήμαι εἰσὶ, καὶ παραινέσεις ἀγαθὰ πρὸς τὸν Κύ
 νον. Δόξαν δὲ περιτίθεισιν αὐτοῖς, φάσκων μεμαθημέναι ταῦτα παρὰ τῶν
 ἀγαθῶν παιδεύομενος, καὶ ἐστὶ πρώτη μὲν τῶν παραινέσεων, μὴ κτᾶσθαι πλ
 του ἀδίκως. δευτέρα δὲ, φέυγειν τὴν τῶν κακῶν συνήθειαν, καὶ διάγειν μετ
 τῶν χρησῶν. Ἐργματι δὲ, τοῖς ἔργοις.

Θεόγνιδος, sed vulgatam scripturam tuen-
 tur similes in sequentibus συνιζήσεις v.
 147. 171. et alibi: imo et hoc ipso in
 loco, vers. 23. SYLB.

παρειόντος] MS. August. παρειόντος.
 SEBER.

22. Θεόγνιδος] Pro Θεόγνιδος hic quae-
 dam exemplaria habent Θεύγνιδος, Dori-
 co more: sed non refert, utro modo
 legas, cum passim apud graecos poe-

tas syllabae duae ex duabus vocalib
 inter quas non sit vlla consonans, co
 lescant, et vnus duntaxat syllabae n
 mero feruiant. VINET. Palat. I. Θεύγ
 νιδος. Alias Θεόγνιδος τριφυλλάβως legendu
 κατὰ συνιζήτην, qualis et 171. θεοῖς mon
 syll. SEBER.

24. Ἄσοϊσιν δ' ἔπω] Simili vtitur qu
 rela de suis ciuibus Eupolis apud St
 baeum ferm. IV. (XXXII.) Confer.
 Euri



Neque quisquam mutabit peius bono praesente

Sic enim quisque dicet: Theognidis haec sunt carmina
Megarensis, omnes quidem inter homines celebris.

Ciuius vero nondum omnibus placere possum,
Neque hoc mirum, o Polypaeda; nec enim Iupiter 25
Vel pluens omnibus placet, vel *pluuiam* inhibens.

Tibi

Eurip. Herc. fur. v. 186. Item Adagium
sacrum Lucae IV. 24. *Nemo propheta
acceptus est in patria sua.* SEBER.

25. Πολυπαῖδη] Quis fuerit hic Poly-
paedes, frustra inquiritur. E Theogni-
de huius meminit Glossarium, quod
sub Hesychii Alexandrini nomine vul-
go circumfertur: Πολυπαίδης παρωδήται ἐκ
τῶν Θεόγνιδος βόμβων ἐπαινήσω. Quot ver-
ba tot menda. Loco corruptissimo me-
delam afferre conati sunt Sopingus,
Valesius, Heinsius et Meibomius, sed
nulli eorum sanatio prospere cessisse
videtur. Aliam tantorum virorum co-
natibus addamus coniecturam, auda-
ciorum quidem illam, sed cum de He-
sychio emendando agatur, in quem in-
geniis suis grassari permiserunt viri do-
cti, nostrae quoque audaciae iudicioque
minus subactio facilius ignoscatur.
Codicem Hesychianum binis columnis
distinctum ad priuatos vsus quendam
olim adhibuisse credimus; hic igitur,
cum in priori cuiusdam paginae co-
lumna varios vocis πόλεμος vsus et con-

structiones ab Hesychiani lexicī aucto-
re obseruatos inueniret, e Pindari lo-
co Nemeor. E. 35. 36. ἢ σιδηρεῖται ἐπαινή-
σαι Πόλεμον talem margini adscripsit glos-
sam:

πόλεμος (vel πόρ) ὠδή τ'
πόλεμον ἐπαινήσω

Columnam alteram eiusdem paginae
cum deinde perlustraret, in eadem ca-
su linearum serie inter Πολυορηῆσαι et
Πολυπαίπαλος nomen propr. τῆ Πολυπαίδε
deesse obseruauit. Hunc igitur sibi vi-
sum defectum vt ex Theognide supple-
ret, eidem margini talem adscripsit
glossam:

πολυπαίδης
ἐκ τῶν Θεόγνιδος.

Vt melius intelligatur, qualem prae-
senti in loco fuisse credimus Hesychia-
ni huius exempli faciem, eam sequen-
ti schemate vtcumque, prouti typorum
ratio illud permiserit, exhibere cona-
mur:

Margo

πολυπαίδης πόρ ὠδή τ'
ἐκ τῆ Θεόγνιδος πόλεμον ἐπαινήσω

Col. 1.

Πολέμοιο γεφύρας τὰς Πολυορηῆσαι, ἢ πολιορκη-
συμβολὰς καὶ συζεύξεις. σαι, κηλεῦσαι πόλιν στρα-
Πολέμοιο τέρας σημεῖον τῶ. Πολύπαλος, αἰθῆρ
πολέμα, πόλεμος. ὁ πᾶν διοι- πεποικιλμένος ἐχ ὁμαλῆς.
κῶν λογος. Πολέες, πολεῖς.

Col. 2.



Σοὶ δ' ἐγὼ ἔυφρονέων ὑποθήσομαι, διὰ περ αὐτὸς,
 Κύρ', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, παῖς ἔτ' ἐών, ἔμαθον.
 ΠΕπνυσο, μηδ' ἀίχροϊσιν ἐπ' ἔργμασι, μηδ' ἀδίκουσι
 Τιμᾶς, μηδ' ἀρετᾶς ἔλκεο, μηδ' ἄφενος, 30
 Ταῦτα μὲν ἔτῳς ἴθι. κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει
 Ἀνδράσιν, ἀλλ' αἰεὶ τῶν ἀγαθῶν ἔχεο
 Καὶ μετὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν
 Ἴζε, καὶ ἀνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις
 Ἐθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐθλα μαθήσεαι ἦν δὲ κακοῖσι 35
 Συμμιχθῆς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

VARIANTIAE LECTIONES.

29. ἐπ' ἔργμασι] ἐφ' ἔργμασι, Crisp. Sylb. 2. 3. et sequ. Wint.

SCHOL. IOACH. CAMERARII.

35. Ἐθλῶν μὲν γὰρ] Γνώμη, ἣ καὶ Σωκράτης ἐκέχρητο, διδάσκων, ὅτι ἡ ὁμι-
 λια τῶν ἀγαθῶν ἀσκήσις ἐστὶ τῆς ἀρετῆς ἢ δὲ τῶν κακῶν, κατὰ λυσις παρὰ
 Ξενοφῶντι, ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ (cap. 2.). Ἐκκείνται δ' οἱ εἰχῆαι
 καὶ ἐν τῷ ἰ τῶν Νικομαχείων Ἡθικῶν (cap. 9.).

In manus imperiti cuiusdam librarii,
 (huius enim generis plures expertum
 videtur Hesychianum lexicon, cum ad
 illud turpiter adeo deprauandum vnus
 vix suffecerit,) codicem nostrum per-
 uenisse opinamur. Talis igitur homo
 duplicem margini adscriptam glossam
 pro vnica habens, monstruosam exinde
 protrudit vocis Πολυπαιδης interpreta-
 tionem, eamque, quae solita est librario-
 rum audacia, textui temere interpo-
 suit.

KALL.

εἰδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς] Vid. versus poetae no-
 stri 801. et 1236, proverb. *Ne Iupiter
 quidem omnibus placet.* Sequ. ver-
 su nonnullis (imo ipsi etiam Sebero,
 idque recte) placet πάντως. SEBER.

27. ὑποθήσομαι] ὑποτίθεσθαι ἀπτικῶς si-
 gnificat τὸ παραιεῖν καὶ συμβεβῆσθαι. Vn-
 de ὑποθήκαι dicuntur παραιεῖσις. (Ioccl.
 ad Nicocl. p. 52. vid. Budaei comm.
 graec. ling. p. 262. Eustath. ad Iliad.
 A. 787. et Odyss. Γ. 27. SEBER.

28. παῖς ἔτ' ἐών] Phocil. 230. Παῖδ'
 ἔτ' ἐόντα χρεῖν δὴ καλὰ διδασκίμην ἔργα.
 Leotychidae, regis Spartanorum et Ae-
 schinis dicta consimilia reperies alibi.
 SEBER. Phocylidae dictum apud Plu-
 tarchum exstat de pueror. educ. c. IV.

29. Μηδ' ἀίχροϊσιν] Vt Eteocles ille
 Thebanus ap. Eurip. Phoeniss. v. 527.
 Iul. Caesar, Cicer. offic. III. c. 21. Ve-
 spasianus, ap. Suet. in vita ipsius, c. 16.
 et 23. Recte Alciphron. epist. ἰ πλῆ-
 τῆς



Tibi vero bene animatus praecepta dabo, qualia ipse,
Cyrne, a bonis viris, cum puer adhuc essem, didici.
Sapito, neque turpibus factis, neque iniustis
Honores, aut potentiam attrahe, aut diuitias 30
Haec quidem sic scito, cum malis vero ne conuersare
Viris, sed semper bonis adhaere.
Et cum illis bibe, et comede, et cum illis
Sede: et place (inprimis) illis, quorum magna est potentia.
A bonis enim viris bona disces: si autem cum malis 35
Consortium inieris, perdas etiam, quam habebas, *bonam*
mentem

τῆς σὺν δικαίῳ πλάττει. Et Phocyl. v. 3.
Μὴ πλαττεῖν ἀδίκως. SEBER.

30. ἀρετᾶς] Τὴν Ἀρετὴν *potentiam, gloriam* aut *honorem* indicare pleraque le-
xica ignorant, et audacter quoque negat
Io. Clericus in not. ad 2. Petr. I. 3.
Praeter auctores, qui occasione loci
Petri hunc vocis significatum probant,
Hombergkium in parerg. sacr. p. 363. 364,
Io. Alberti obseruat. philol. in N. T. p. 460. 461.
Lamb. Bosium obseruat. miscell. c. 26.
Dan. Heinsium proleg. in Aristarch. sacr. p. 667.
Camp. Vitringam Obseruat. sacr. Libr. I. c. 7.
p. 225, Io. Casp. Suicerum in thesauro
eccles. T. I. p. 506, conferri quoque
merentur Spanhemius not. ad Callim.
p. 43. 44, et qui eleganter de hac voce

differit H. Hoogeveen in not. ad Vigeri
idiot. p. 64. Apud Theognidem hunc
τῆς ἀρετῆς significatum iterum occurre-
re videbis vers. 129. et 1072. Ex aliis
poetis exempla proferre superfedeo,
vnicum tantum indicabo Plutarchi lo-
cum, plane classicum et a nemine ta-
men obseruatum. Plutarchus nimirum
in libro, quem de audiendis poetis
conscripsit, c. XI. de vario vocis ἀρετῆς
significatu prolixè disputat, et ἀντὶ δό-
ξης ἢ δυνάμεως, ἢ εὐτυχίας, ἢ τινος ὁμοίᾳ hanc
vocem a poetis vsurpari ostendit, fie-
ri id dicens eodem fere modo, quo
ἐλάμν τὸν ἀπὸ τῆς ἐλαίας, καὶ Φηγὸν τὸν ἀπὸ
τῆς Φηγῆ καρπὸν ὁμωνύμως appellant; scili-
cet quia saepe virtus potentiam parit,
nominisque existimationem. KALL.

